



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Decimvmtertivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

Pagnin.
Latus Christi
omnium gra-
tiarum puteus.

crucelanea confossum, & apertum intenderent, vt in Christo spes omnes suas collocarent, eo que dumtaxat salutem suam contineri arbitrentur. Pro, & in cauernam lacus, de qua præcisus estis, est Hebraicè קבר כונקרתם ואתם, hoc est, & vt transfere Pagninus, Ad perforationem cisterna, vnde eruti estis, quod clarius lateris Christi apertionem sonat. Alij vertunt, Ad perforationem putei: id enim quoque vox Hebraea בור significat, quod etiam in latus Christi mirifice quadrat, quod est omnium honorum, & aquarum viuentium puteus inexhaustus, ex quo possunt vniuersi aquam sibi haurire omnium gratiarum.

- V. Atque hæc satis fuerit ex Prophetarum vaticiniis de sanctissima Deiparæ virginitate in conceptu, & partu Christi delibasse: alia enim minus illustria consulto prætermittenda iudicauimus, cum hæc abundè sufficiant, vt quiuis intelligat, quanti honoris, splendorisque fuerit Virginem amictam sole apparuisse, sicut dixit Ioannes, ipsamque rursus solem amicuisse, vt Hieremias testatus est, hoc est, matrem simul, virginemque fuisse, & Christum absque vilo suæ integritatis detrimento virtute Altissimi obumbrante concepisse, in vterò gestasse, & virgineo partu edidisse. Atque ita huic Exegetico, quod in Mariæ virginitate, maternitateque ponendum diximus, vt eumque satisfacimus.

ARGVMENTVM.

Adhuc perseuerat quarta visio huius operis. Superiori capite Ioannes acerbissimam Antichristi persecutionem quasi in summam redactam ante oculos intuentiam proposuit, iam deinceps eam per partes commemorare aggreditur, multaque sigillatim explicare, quæ alienissimis illis temporibus debent contingere. Duas igitur hoc capite docet sibi ostensas fuisse bestias, vnam ascendentem de mari, de terra alteram. Quæ de mari ascendit habebat capita septem, & cornua decem: & super decem cornua diademata quoque decem: capitibus autem inscripta erant nomina blasphemie: eratque eiusmodi bestia similis pardo, pedes habens vrsi & os leonis cui draco dicitur dedisse virtutem suam, & potestatem magnam quam exercuit mensibus quadraginta duobus, id est, tribus annis cum dimidio. Porro bestia, quæ ascendit de terra, habebat cornua duo similia cornibus Aoni, & loquebatur sicut draco, fecitque terram adorare bestiam primam, multaque signa & prodigia patrauit in conspectu prioris bestie, cuius characterem, vt in dextera manu sua, aut etiam frontibus gestarent, adhortabatur mortales. Denique docet Ioannes nomen prioris bestie esse eiusmodi, vt literis eius computatis efficiatur numerus sexcentorum sexaginta sex. Hæc breuiter sunt, quæ hoc capite commemorantur, ad quorum explanationem iam aggredimur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.



I vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemie. Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os

& os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Et vidi vnū de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vn̄uersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestie: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestie? & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cælo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aurem, audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam, curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum, & seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestie, quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestie, & vt loquatur imago bestie & faciat, vt quicumque non adorauerint imaginem bestie, occidantur. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis: & ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestie, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestie. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

COMMENTARIUM PRIMUM EXEGETICUM.

De bestia ascendente de mari.

Quid accipiendum sit per bestiam ascendentem de mari & cur Antichristus de mari ascendere dicatur.

Et vidi de mari bestiam ascendentem.

SECTIO PRIM A.

Richardus.
Beda.
Primasius.
Ansbertus.
Arethas.
Haymo.
Pannon.
D. Irenens.



ULTI interpretes, bestiam ascendentem de mari interpretantur multitudinem impiorum, ut Richardus, Beda, Primasius, Ansbert. Cæterum rectius sentiunt Rupert. Arethas, Haymo, Pannon. imo & D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses, cap. 28. per bestiam ascendentem de mari accipiendum esse Antichristum: quæ sententia omnino amplectenda est, cum ea, quæ Ioannes commemorat, non possint omnia in multitudinem impiorum conuenire: maximè autem quadrent in Antichristum, ut ex iis, quæ dicemus, perspicuum fiet.

I.
Mundus mari nomine saepe significatur.

Dan. 7. 2. Quatuor mundi imperia bestiarum & ventis comparantur.

Psal. 47. 8.

Gentium superbia quomodo evertitur Christi.

D. August.

Psal. 47. 9.

Psal. 71. 11.

D. Gregor.

Iob. 26. 12.

Mare igitur hoc loco duo significat. Primò multitudinem ipsam impiorum: deinde mundum istum. De utroque enim mari Antichristus ascendet, quæ ut melius intelligantur, aduertendum est mundum istum saepe appellari mare in sacris literis, potissimum verò propter ipsam impiorum multitudinem, veluti Dan. 7. Videbam, inquit, in visione mea nocte, & ecce quatuor venti ceeli pugnabant in mari magno: & quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuersè inter se. Quo loco per quatuor ventos, & quatuor bestias intelligit Propheta quatuor mundi imperia, ut ex ipsa visione est exploratum, quæ & bestiis propter immanitatem & ventis propter inconstantiam comparantur. Porro mare, in quo eiusmodi venti aduersus hinc inde flatibus depugnabant, mundum istum interpretatur D. Hieron. salis, amarisque fluctibus redundantem: atque in hoc mari superbi veluti altissimæ quædam naues plenissimis velis, vento nimirum elationis præter morem tumidis nauigant, de quibus loquitur Regius vates Psal. 47. In spiritu vehemènter conteres naues Tharsis, (ad literam) naues Tharsensium, & cæterarum superbarum gentium. Etenim per Synecdochen per naues Tharsis significantur omnes omnino nationes: quæ superbiæ flatu tumide potentiæ suæ vela aduersus Ecclesiam expandunt: quarum superbiæ Christus evertit, cum eas sub fidem, ditionemque suam subiunxit: quemadmodum interpretatur D. August. Id, quod quia iam impletum cernimus, hæc fecit Ecclesia tempora præuidens Propheta, per spiritumque se lætabundus fidelibus inserens subiunxit: sicut audimus, sic vidimus. Audimus, inquit August. in prophetia: vidimus in Evangelio. Vide id impleri, quod dictum est Psal. 71. Adorabunt eum omnes Reges terra: omnes gentes seruient ei. Idemque mysterium D. Greg. lib. 17. Moral. c. 15. existimat indicatum illis verbis Iob. 26. In fortitudine illius repente maria congregata sunt. Quia incarnato, inquit, Domino discordantium secularium corda concorditer viuunt, Iam Petrus in mari ambulat, quia Christi prædicatoribus illa quondam tumida humili auditu corda substrata sunt, & procellosa mari aqua Domini pedibus presso tumore calcata est.

De

De eodem mari locutus est Abacuch in eandem sententiam capite 3. *viam III.*

fecisti in mari equis tuis, id est, Apostolis: id quod prodigij instar Propheta commemorat: miraculi enim instar est equos per mare incedere, nec fluctibus obrui, imò eos ipsos pedibus turbare, vt statim subiungitur: *In luto aquarum multarum*, Et multò luculentius iuxta translationem Septuaginta. *super induxisti in mari equos tuos, conturbantes aquas multas.* Et verò grande fuit miraculum paucos numero Apostolos, genere humiles, conditione pauperes immensum Oceanum, hoc est, vniuersum orbem aggredi, cuiusque siue potentie, siue opum, siue eloquentie fluctibus non solum non obrui, sed ipsas etiam aquas altissimas quasi equos paruum riuulum turbare, vt merito per admirationem dicere Propheta potuerit, *Viam fecisti in mari equis tuis* Denique locum Psal. 103. *Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, illic naues pertransibunt:* plerique de mundo, sed mysticè tamen accipiunt: in quibus D. Ber. vt hoc pbiter dicamus, sermone de tribus Ordinibus Ecclesiasticis, ait tres viros in hoc mundo, no marinaigare, nimirù Noè, Danielem, & Iob, hoc est, prelatos, conjungentes, & coniugatos. Primum gradum mare traicere nauis: secundum ponte: tertium vado, quod longè est periculosius: continentes tamen quàmuis ponte transeant triplex periculum incurtere, quod accidere solet in pontibus. Periculosum quippe est in ponte vel se æquare alteri, vel retro respicere, vel in medio ponte stare, eo quòd nullum horum facile patiatur pontis angustia. Quare non debere continentes se aliis per superbiam æquare, nedum præferre, neque retro respicere neglecta continentia, carnisque illecebris expetitis, neque in eodem perfectionis gradu persistere sed ulterius semper progredi.

Atque hæc de mari pro mundo isto in vniuersum, que multò magis in eum quadrant ratione impiorum hominum, de quibus idem mare magnum & spatiosum accepit Hugo de S. Victo. Is enim per mare intellexit concupiscentiam que in impiis dominatur, in quo mari reptilia, quorum non est numerus, sunt, praua, & portentosa cogitationes: sicut enim in mari sunt varia monstrorù genera, ita ex concupiscentia, quam plurima diuersarum cogitationum môstra, eaque interdum horrida oriuntur, quæ non immeritò reptilia nuncupatur: quia sensim in animam quasi irrepunt, & tacito quodam, ac lubrico motu illabuntur. Quoniam verò aliæ aliis fœdiores sunt, magisque portentosa, idcirco additur: *Animalia pusilla cum magnis.*

Igitur de duplici hoc mari visus est ascendere Antichristus: & quia de mundo erit, & quia caput omnium impiorum, & emphasim quoque habet *ascendendi* verbum, vt plerique hoc loco obseruauerunt, tum quia paulatim ex paruis initiis ad totius orbis monarchiam euehetur, vt postea dicemus: tum quia per superbiam, & animi elationem ipse in seipso ascendet, quod est proprium superbiorum quorum ipse caput, ac princeps erit. Sicut enim humilis in corde sibi scalam constituit, in qua per omnes humilitatis gradus descendens, rursus in eadem per omnes virtutum gradus ascendit, iuxta illud Psalm. 83. *Ascensiones in corde suo disposuit.* (Quod enim de humili sit sermo patet ex verbis proximè antecedentibus: *Beatus vir, cuius est auxilium abste:* seu vt transtulit D. Hieronymus, *Beatus homo, cuius in te est fortitudo,* id est, qui sibi omnino diffidit, totaque suam spem, ac fortitudinem in Deo collocat.) Ita superbus scalam sibi in corde suo erigit, in qua continuò per mentis elationem ascendens omnes superbiæ, & reliquorum vitiorum gradus percurrit: vt non obscure indicatur illis verbis Psalm. 73. *superbia eorum quire oderunt, ascendit semper.* Vnde Lucifer ascensiones in corde

Abac. 3. 15.
Apostolos vniuersum aggredi orbem, grande miraculum.
Psal. 103. 25.

D. Bernard. Noè, Daniel & Iob, tres Ecclesiæ signat ordines

III.
Hugo Vict.
Præua cogitationes, animalia reptilia.

V.
Antichristus superbiorum caput.
Humilitatis scalam in corde sibi erigit humilis.
Psal. 83. 6.
D. Hieron.
Superbus superbia scalam sibi erigit in corde.
Psal. 73. 23.

Esai. 14. suo disponebat, vt refertur Esaiæ cap. 14. Dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimis. Quare meritò Antichristus hanc potissimum ob causam visus est ascendere.

Cur Antichristus dicatur similis pardo, ac pedes vrsi,
& os leonis habeat.

Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi,
& os eius sicut os leonis.

SECTIO II.

I. **H**Aud dubiè sub horum animalium symbolis multiplex, & varia Antichristi malitia accipienda est, in quem nimirum omnia omnino vitia debent confluere. Sciendum est autem pardum, qui masculus est in pantheris, maculosum, ac velocissimum esse, præcèpsque ad sanguinem animal: vrsus esse astutissimum, haberèque pedes fortissimos, & manus humanis similes: denique leonem omnibus animalibus, vel ipso rugitu esse terrificum. Quo fit vt in pardo maculoso & vario multiplex Antichristi malitia, ac dolus ad fallendos fideles, imò vniuersitas omnium vitiorum exprimat. Quam ob causam Apostolus 2. ad Theff. 2. cum per antonomasiam hominem peccati appellauit. *Nisi venerit discessus primus & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* Quo loco Caietanus aduertit cum dicitur Antichristus, homo peccati, significari plenitudinem omnium peccatorum: Et Hugo Cardinalis obseruat appellari hominem peccati, id est, seruum peccati, eo locutionis genere, quo dicere cōsueuimus: hic homo est meus. Præterea velocissimus erit Antichristus præcèpsque ad fidelium sanguinem fundendū, & instar vrsi astutissimus, & maximè fraudulentus, similisque humanis gerens manus, quia initio se mitem, & humanum simulabit, sed paulò post instar vrsi ferocissimos vngues crudelitatis exeret: & instar leonis vniuersam Ecclesiam quasi rugitu perterrebit.

II. Omnem hanc Antichristi malitiam descriptam habes sub nomine Leuiatham, Iob. 41. *Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit? portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentium eius formido: corpus illius quasi scuta subtilis compactum squammis sese prementibus: vna vni coniungitur: & ne spiraculum quidem incedit per eas.* Quamquam enim ille locus communiter de Dæmone intelligatur sub nomine Leuiatham, seu Ceti: tamen non inconcinne ad Antichristum etiam referri potest. Igitur, *Quis reuelabit faciem indumenti eius?* hoc est, fraudem & malitiã sub specie sanctitatis tanquam sub vestimento occultatam? *Et medium oris eius quis intrabit?* id est, quis calliditatem verborum eius poterit intraspicere? *Portas vultus eius quis aperiet?* habebit enim, eius vultus, hoc est, externa demonstratio varias, & sibi inuicem occurrentes, multisque flexibus, & mæandris implicitas portas, propter astum, & fraudulentiam. Itaque quemadmodum qui in domum aliquam, quæ multas hinc inde fores habet, ingreditur, non potest deinde facillè egredi, ita qui vultum Antichristi, eiusque mores, & progressum contemplabitur, non poterit facillè secum statuere, vtrum eum sectari, an insectari debeat: atque adeo eius rebus, signisque ac prodigiis quasi labyrintho aliquo implicitū se sentiet. *Per gyrum dentium eius formido:* id est, in prædicatoribus eius, qui dentes illius appellantur, quòd eius nefariam doctrinam aliis comedent.

medendam terant, erit coniunctus terror Principum, qui vi, & armis mortales ad parendum Antichristo compellent. *Corpus eius quasi sicut a fusilia compactum squā-* Totus erit concretus ex sceleribus.
mi: quia totus erit ex sceleribus sibi inuicem coherentibus concretus. *se se inuicē prementibus,* quia singula vitia mutuas sibi præstāt operas, seque inuicem premūt, & roborant. *Et ne spiraculum quidem incedit per eas;* quia nullum permittet locum Ne minimā admittet in spiraculis nem diuinam.
 Diuinis inspirationibus peruium. Cernisigitur eo, quod omnia vitia in Antichristum confluere debeant, optimo iure pardo, vrfō, leoni, cæterisque bestiis ferocissimis comparari.

De capitibus, cornibus, & diadematis Antichristi,
& nominibus blasphemiarum.

Habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiarum.

SECTIO III.

Bestia illa, quæ Ioanni apparuit, & Antichristum, ut diximus, adumbravit, habebat capita septem, & cornua decem, & super cornua decem diademata, & in capitibus scripta nomina blasphemiarum. Pro cuius loci expositione sciendū est Danielis. cap. 7. ubi agitur de Antichristo, similem quandam ostensam fuisse visionem, ex cuius explanatione pendet hæc nostra. Igitur Daniel vidit quartam bestiam terribilem, atque mirabilem, & fortem nimis, habentem dentes ferreos magnos, & cornua decem: quæ bestia iuxta communem Doctorum sententiam, est Romanum imperium. Additque Daniel: *Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius; & ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia.* Et paulò inferiùs Antiquus dierum visionem quartæ bestie exponens Danieli sic ait. *Bestia quarta regni quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & concalcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem Reges erunt, & alius consurget post eos: & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit.* Ne autem dubitari possit sermonem esse de Antichristo, subiunxit: *sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteres: & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Accedit, quod eum locum de Antichristo communiter Patres accipiunt, veluti diuus Irenæus libr. 5. aduersus hæreses cap. 25. & 26. ubi locum hunc Ioannis cum illo Danielis coniungit, Hippolytus in orat. de consummatione mundi, Theodoretus in cōment. super Dan. Lactantius libr. 3. Diuinarum institut. c. 16. D. Augustin. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 23. & D. Hieronym. in comment. supra Dan. *Dicamus, inquit, quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quoniam regnum destruendum est Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter se diuidant: cum undecimum Regem paruulum surrecturum, qui tres Reges de illis decem superaturus sit, id est, Egypti, Africae, & Ethiopia Reges, quibus interfectis etiam septem alij Reges victori colla submittent. Dicitur autem Rex ille habiturus oculos hominis, ne eum putemus iuxta quorundam opinionem Diabolum esse, sed vnum de hominibus. Et habebit etiam os loquens ingentia, quia erit homo peccati, filius perditionis: ita ut in templo Dei sedere audeat, faciens se quasi Deum.* Hæc Hieronymus.

II. *Roman. Imperium propè Antichristi tempore decem administrabunt reges.* Cernis igitur manifestè colligi ex Daniele iuxta D. Hieronymi, & omnium antiquorum, ut ipse confitetur, sententiam propè Antichristi tempora decem Reges Romanum imperium administraturos: tunc verò resurrecturum Antichristum initio quidè paruulum, sed paulatim ad eà peruenturū magnitudinem, ut aduersus omnes eos Reges bellū moueat, tribusque eorum interfectis, reliquos septem sibi vltro parere faciat. Quare non placet sententia D. Augustini libr. 20. de ciuit. Dei, cap. 23. existimantis denario isto numero Regum, vniuersitatē omnium Regum significari, post quos venturus sit Antichristus. Cū enim Daniel disertis verbis affirmet ex decem illis Regibus tres debellandos, & occidendos esse ab Antichristo, planè conficitur eum de decem numero Regibus, nō autem de vniuersitate omnium Regum vaticinari.

III. Atque ex his iam intelliges, cur bestia, quæ hoc capite Ioanni apparuit, habeat capita septem, & cornua decem, ac decem diademata, cum idem per cornua, & diademata, & capita accipiendum sit: etenim tam capita, quam cornua, & diademata regna significant. Quia igitur in scripto, cum Antichristus exurget, decem quidem Reges in Romano imperio existent, idcirco decem cornua cum decem diadematis apparuerunt. Caterū quia tria cornua auellenda sunt, ut prædicit Daniel, id est tres Reges occidendi, atque adeo remanere tantū debeant septem Reges, vltro post debellatos illos alios tres Antichristo colla submittentis, idcirco eadem bestia septem capita habuisse describitur.

III. Quod autem addit Ioannes: *Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est:* illud videtur significare vnum ex illis septem Regibus in prælio cum Antichristo, antequàm se illi subiiceret, lethali fuisse percussum vulnere: sed curatum tamen, & sic in potestatem Antichristi venisse. Nec enim placet, quod communiter aiunt interpretes, Beda, Primas. Ansb. Richard. Viç. Haymo, D. Anselm. & D. Thom. Antichristum simulatum se mortuum, & postea transacto triduo iterum appariturum, ut credatur, resurrexisse: nec enim Ioannes ait bestiam apparuisse quasi occisam, sed vnum de eius capitibus dumtaxat. Deinde cum dicat, *quasi occisum*, non autem quasi mortuum, fanè videtur loqui de plaga aliqua lethali, quam non est probabile accepturum Antichristum.

V. Quod verò prædicti Doctores tradunt illos tres Reges debellandos, & occidendos ab Antichristo futuros esse Reges Egypti, Libyæ, & Æthiopiæ, acceperunt ex Dan. cap. 11. vbi loquens de Antichristo sic ait: *Mittet manum suam in terras: & terra Egypti non effugiet. Per Lybiam quoque & Æthiopiam transibit.* Nam quod id Antiocho accommodari non possit, ex eo probant D. Hieron. & Theodoret. quod Antiochus nec Lybia, nec Æthiopia, nec Egypto potitus vnquam fuerit. Moralis capitum, cornuum, & diadematum expositio petenda est ex capite superiori, vbi ea de re fusè disseruimus.

VI. Denique, quod spectat ad septem capita bestię, in quibus scripta erant nomina blasphemię, illud significatur, quoniam illi septem Reges, qui remanebunt, & Antichristum tanquam supremum orbis Monarcham agnoscent, sese cum eo ad regnum Christi destruendum debent coniungere, conabunturque nomen eius non solum blasphemare, sed omnino extinguere: idcirco præferre in capitibus quasi scripta nomina blasphemię propter blasphemias, quas in Christum iactabunt. Id quod hoc ipso capite magis explicatur, cum dicitur: *Dabitur ei os loquens magna, & blasphemias, & aperiet os suum in blasphemias ad Deum, & bla-*

blasphemabit nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in caelo habitant. Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni, qui occisus est ab origine mundi. Quibus verbis exprimitur, quàm multos debeat Antichristus etiam ex iis, qui sanctitatem colent eo tempore, suæ potentia magnitudine, & mendacium lignorum effectione peruertere, atque ad sui obedientiam, & venerationem traducere: non quidem prædestinatos, sed reprobos, *Quorum nomina non sunt scripta in libro vite Agni, qui occisus est ab origine mundi.* Quæ sententia quoniam præclara est, & eximia, peculiarem per se sectionem desiderat. Possumus mysticè per nomina blasphemiam depicta in septem bestia capibus accipere omnia vitiorum genera in septem capitalibus vitis cõprehensa, ita vt quodcũque peccatum latius sumpto vocabulo blasphemiam dicatur, eo quod, per illud debitus Deo cultus, & veneratio non adhibeatur.

Multos peruerit mendacium figuris effectione Antichristus.

Cur Christus dicatur occisus ab origine mundi.

Quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni, qui occisus est ab origine mundi.

SECTIO IIII.

Differens Ioannes de innumerabili illa hominum multitudine, quæ Anti-Christi Imperium debet admittere, sic ait: *Data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem: & adorauerunt eam,* id est bestiam, omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni, qui occisus est ab origine mundi: quibus verbis significauit Ioannes, electos, & prædestinatos (horum quippè nomina scripta sunt in libro vite) nõ consensuros Antichristo. Tractamus verò hunc locum propter eam potissimum sententiam, *Agni, qui occisus est ab origine mundi.* Quomodo enim Christus Dominus verè dici possit ab ipsa vtique mundi origine occisus? Franciscus Ribera in Comment. super Apoc. c. 3. nu. 10. & in Comment. huius loci, existimatis verbis contineri hyperbaton, id est transpositionem verborum, sententiãque esse ita nectendam: *Omnes, qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina ab origine mundi in libro vite Agni, qui occisus est:* ita vt illa verba, *Ab origine mundi,* non sint coniungenda cum illis, *Qui occisus est:* sed cum illis, *Quorum non sunt scripta nomina.* Et ita etiam per hyperbaton eundem locum intellexerunt Andr. Casar. Ioachimus, Abbas. Areth. Nicolaus Zeguer. & Tyeon. cuius homilia in Apocalyp. falsò tribuuntur D. August. quam eandem lectionem approbat Beda.

Quomodo Christus dicitur occisus ab origine mundi.

Frãncisc. Rib.

Andr. Casar. Ioachimus. Areth. Zeguerus. Tyeon. Beda.

Verum non est cur ad hyperbaton recurramus: & eleuemus illustrissimum in laudem Christi testimonium, cuius mortem Deus ab origine mundi, imò ex æternitate præordinauit, acceptamque habuit: vt propter eius merita præuisa gratiam omnibus, præcipuè prædestinatis conferret: maximè cum ipse Græcus contextus nihil minus redoleat, quàm hyperbaton, quod prædicti auctores excogitare maluerunt, quia difficile admodum illis videbatur explicatu, quomodo Christus *Agnus occisus ab origine mundi* dici potuisset? & inde credo effectum, quod Tyconius pro, *occisus est,* legit, *signatus est:* nimiram aliquis sciolus, non intelligens locum mutauit verbum Græcum, *ἑσθλαγμῶς* id est, *occisi,* in *ἑσθλαγμῶσις*, id est, *signati.* Itaque absque hyperbato locum intellexerunt

Lectio Tyconij reuocatur.

D. Thom. 3. p. q. 83. art. 1. & in Comment. super epist. ad Hebr. c. 9. lect. 5. & super
 Hugo Card. c. 12. lect. 4. Hugo Card. Ansbert. Gagnæus, Beda, Amb. quamquam hi postremi
 Ansbert. etiã hyperbati mentione faciunt, nec illud improbant. Sine hyperbato etiam le-
 Gagnæus. gunt D. Ansel. & D. Iren. citati à Nicolao Zegucro in suis scholiis super Apocal.
 Beda. Duplex igitur iuxta hanc lectionem, quæ nobis magis probatur, est huius lo-
 D. Ambros. ci expositio. Vna est, fuisse Christum occisum ab origine mundi in figuris: mor-
 D. Ansel. tem enim Christi figuratam, adumbratamque fuisse ab ipsa mundi origine patet
 D. Irenæus. ex Abele, cuius mortem typum fuisse mortis Christi docet Paulus ad Hebr. 12.
 III. cum ait: *Mediatorem Iesum, & sanguinis asperionem melius loquentem, quam Abel.* Al-
 Christus occi- tera est appellari occisum ab origine mundi, hoc est, acceptatam eius mortem à Patre
 sus ab origine mundi in fi- ab ipsa usque mundi origine: & propter eam multò post futuram, præuisam ta-
 guris. men, & acceptatam ex æternitate, collatam fuisse gratiam hominibus ab origine
 Heb. 12. 14. mundi, iuxta illud Pauli ad Ephes. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Et il-
 Accepit mor- lud 1. Petri 1. *Non corruptilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatio-
 tem à Patre ne paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati:
 ab ipsa mun- præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus. Prio-
 di origine. rem expositionem tradit D. Thom. locis citatis, D. Ansel. Ambr. & Ansbert. in
 Ephes. 1. 4. Apoc. Vtramque afferunt Hugo Card. Gagnæus, & alij.
 1. Pet. 1. 18.
 D. Thom.
 D. Ansel.
 D. Ambros.
 Ansbertus.
 Hugo Card.
 Gagnæus.*

Quid illa verba significant:

Hic est patientia, & fides Sanctorum.

SECTIO V.

- I. **C**VM Ioannes Antichristi potentiam à dracone, hoc est, à Dæmone acceptã, & innumerabilem hominum ex omnibus gentibus illi adhærentium multitudinem commemorasset, subiecit: *Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: qui in gladio occidit, oportet eum in gladio occidi, hoc est, si nemo animum despoñdat, cum viderit usque ad eò felices Antichristi successus: etenim tandem ipse met, qui alios in captiuitatem ducit, in seruitutem quoque abducetur: qui alios gladio interficit, ipse etiam tandem perimetur, scelerumque pœnas dabit. Deinde concludit Ioannes: *Hic est patientia, & fides Sanctorum* sed est, in hoc fides & patientia Sanctorum probabitur, cum nequaquam tantis rerum conuersionibus commouebuntur: sed cum fide patientiam retinebunt: sperantes iuxta sanctorum Scripturarum vaticinia fore, vt Antichristus, eiusque omnes sectatores tandem Deo in eos vendicante omnino pereant, Christi autem cultores illustrem glorie laboribus suis debitam coronam accipiant. Pro patientia est Græcè *ὑπομονή*, hoc est *sustinentia*: eo sensu, quo dicitur Psal. 26. *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum*, id est, confide de auxilio tibi præbendo à Domino, expecta illum cum fiducia, quamuis illum tardare videas.*
- II. Quod in præsentia maximè obseruari volumus est, persecutiones, & in vniuersum omnes, quæ mortalibus accidunt, difficultates esse veluti lapidem quemdam lydium, ad quem fides, & patientia probantur: id enim disertè significauit hoc loco Ioannes, cum dixit, *Hic est patientia, & fides sanctorum*, id est ad huiusmodi lapidem probatur fides, & patientia sanctorum, quod præcipuè verum erit alienissimis illis sub Antichristi tyrannide temporibus. Imò illud non obscure videtur innuere Ioannes præcedentes omnes persecutiones esse veluti perlu-

Antichristus tandem in seruitutem abducetur, & perimetur.

Psal. 26. 14

Persecutio, fides, & patientia: lapis lydium.

præcludia ad illam Antichristi persecutionem, quasi dicat, *Hic est patientia, & fides sanctorum*: magna inquam, fide, & patientia opus fuit in præcedentibus omnibus persecutionibus, sed cum ista comparata persecutiones censeari non debent. Hic ego fidem, & patientiam Sanctorum expecto: Hic illustrium bellatorum animimum & magnitudinem requiro. Loqui enim videtur Ioannes veluti dux aliquis strenuissimus incitans milites ad difficillimum aliquod, ancepsque certamen committendum, Quod verò tribulatio, & persecutio sit veluti lapis lydus, quo fides & patientia probantur, ostendit imprimis locus ille Ecclesiast. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iusti: tentatio tribulationis.* Vbi cernis homines vasis, tribulatione fornaci comparari, atque adeo sicut vasa figuli, nisi in fornace durentur, apta vbi esse non possunt, facile que dissipantur: ita nisi homines tribulatione durentur & coquantur, non possunt interim firmi, & stabiles in virtute existimari. Quo etiam spectavit Persius Satyra 3. cum infidelium, deliciaeque deditum adolescentem his verbis inuehitur:

*Quid istas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens.
Contemnere sonat vitium percussa maligno,
Respondet viridi percussa fidelis limo.
Fidum, & molle lorum est nunc, nunc properandus, & acris
Fingendus sine fine rota.*

Vult nempe delictorum iuuenem similem esse fidelis, ex viridi limo, hoc est, non bene ignibus decocto constat, que digitis ab emente percussa statim vitium demonstrat.

Decocta sanè, ac durata igne persecutionis vasa Apostolos fuisse constat ex illis verbis Paul. 2. ad Cor. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: patimur, sed non desistimus: persecutionem patimur, sed non deiequimur: deiequimur, sed non perimus.* ^{III.} ^{1. Cor. 4. 7.} *Quid est deiequimur, sed non perimus?* Alludit planè Apostolus ad similitudinem vasorum fictilium, quæ mirum est ex altissima deiici turri, & tamen non frangi, non comminui, non perire: quasi dicat: Tametsi simus vasa fictilia: nihilominus etsi ex altissimis turribus à persecutoribus deiiciamur, nulla ex parte frangimur: quia nimium tribulationum, & multo magis diuinæ charitatis igne decocta, atque durata frangi, dissipari que non possumus, Deo nos conseruante. *ut sublimitas, inquit, sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Seu ut Græcè est maiori vii'ya ñ v' *Col' h' tñs d'uo d'ue os ñ' & Oes*, hoc est, *ut hyperbole seu eminentia sit virtutis Dei.* Verè enim quodammodo hyperbolica & eminens est Dei potentia, cum thesaurum istum in vasis fictilibus in medio omnium persecutionum integrum, illalsum conseruat. Atque idcirco dictum est Tobia à Raphaelè c. 12. *Quia acceptus eras Deo necesse fuit, ut tentatio probaret te,* hoc est, ^{Tob. 12. 13.} quia vas eras in honorè, necesse fuit, ut in fornace tribulationis coquereris: nam si adfit huiusmodi probatio, nec tamen amittatur patientia: tunc verò virtus suis omnibus numeris expleta est. Quam ob causam Apostolus de patientis hominis virtute confidens eum adhortatur, ut securus sese in confertissima laborum acies inferat, innuens patientiam laboribus probatam esse veluti thoracem impenetrabilem, omnes hostium ictus facile repellentem, ad Hebr. 12. *Perpatientiam curramus ad propositum nobis certamen.* id est, armati patientia nullam hostium impressionem formidemus, sed in media percutionum omnium certamina irruamus. De quo armorum genere locutus videtur Regius vates, cum dixit Psal. 17. *Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me, subius me.* ^{Psal. 17. 40.} *Patentia probata laboribus thoracem impenetrabilem.*

III. In persecutionibus etiam probatur quali in stadio vigor sanctorum in currendo ad brauium, quemadmodum eleganter expendit D. Gregor. Nyss. in libr. de beatitudinibus, vbi tractans vltimam beatitudinem, quæ est: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*: ponderat vocem illam, *persecutionem*, quæ currendum est, & alios cursu superare contendendum: itaque meditatur sanctum virum, & tribulationem simul currere, sed cum ille tribulationi non cedit, quasi victorem antecedere, tribulationem à tergo currere, & idcirco appellari *persecutionem*, non *consequutionem*, quia persequitur, & non affequitur. Itaque vult illud indicari, sanctos per patientiam velocissimè currere ad brauium gloria, & in laboribus maximè elucere sanctorum in currendo vigorem, & fortitudinem: *Martyrum*, inquit, nobis stadium ostendit, & fidei cursum designat: nam

Tribulationem non celerem persequitur, non affequitur tribulatio.

*persecutio currentis vehemens studium celeritatis significat, imò vero etiam in currendo victoriã indicat: non enim aliter currendo quis vincere potest, nisi post se reliquerit eum, qui simul currit. Quoniam igitur, qui propter premium ab inimico exagitur, à tergo habet persequentem, (hi autem sunt, qui martyrii cursum in certaminibus propter aeternam salutem suscipiunt, quos inimici quidem persequuntur, sed non affequuntur) videtur caput, & summam in spem proposita beatitudinis veluti coronam quandam in postremis proposuisse verbis: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*, quoniam ipsorum est regnum cælorum, hæc ille. Itaque persecutiones patienter toleratæ indicant vigorem, & celeritatem Sanctorum in currendo ad gloria brauium: sed cauendum ne ex persecutionibus consequutiones euadant. Eodem spectat illud Iacobi 1. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes, quod probatio fidei vestra patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti, & integri in nullo deficientes.* Et ad Rom. 5. *Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem, spes autem non confundit.* In quem locum est obseruandum primò Iacobum*

Iacob 1. 2.

Rom. 5. 3.

Pauli & Iacobii loca con-

stantur.

D. Thom.

dicere, quod probatio operatur patientiam: quem nodum ita dissoluit D. Thom. in Comment. super epist. ad Rom. probationem nimirum dupliciter accipi posse: vno modo, quatenus est in probato, quo pacto non distinguitur ab ipsa tribulatione, qua quis probatur: quo sensu dixit Iacobus: *Probatio patientiam operatur*, hoc est, tribulatio probat patientiam. Altero, sumi probationem, pro probatum esse: quo pacto accepit Paulus cum dixit, *Patientia operatur probationem*: ex eo enim, quod homo patienter tribulationem sustinet, probatus redditur, eiusque virtus spectata magis elucet.

Secundò annotauit Hugo Card. in Comment. epist. ad Rom. cum Apostolus ait, *tribulationem operari patientiam*, indicare patientiam esse veluti terram fructiferam quam tribulatio operatur, j. quam arat, colit, exercet, vt fructum ferat meritum: eo sensu, quo dictum est Gen. 2. positum fuisse Adamum in Paradiso terrestri, vt operaretur illum. Atque ex hoc illud licet colligere, quã alacri animo excipiendâ sit quavis tribulatio, quippè quæ velut diligens agricola nostram patientiam quasi tellurem exercent ad terendam multâ meritum segetem. Alia similitudine id explicatur Psal. 9. *Dum superbit impius, incenditur pauper*, hoc est, ex eo, quod impius per superbiam pauperem persequatur, ipse pauper ea ipsa persecutione quasi per antiperistatim ardentissimo charitatis igne in Deum succenditur, atque adeo eius patientia quasi terra persecutionibus frugifera redditur: quæ est interpretatio Magistri sentent. *Dum superbit, inquit, impius, incenditur pauper*. Quasi dicat, eo consilio tribulari finis pauperem, vt incendatur desiderio tui, vel incendatur, id est, purificetur: fornax enim tribulationis ligna vitiorum in cineres conuertit, & aurum virtut-

V. Hugo Card. Patientia terra fructifera meritum. Gen. 2.

Psal. 9. 23.

Magist.

virtutum purgat. Sicut etiam cum ignis magnus est, flatus ipso, & vento magis acceditur: ita charitas, si magna est, ipso tribulationis flatu magis inflammatur. Itaque dum superbit impius, & procellam excitat persecutionis in pauperem, ipse pauper magis acceditur charitatis igne. Quam ob causam Esaiæ quinquagesimo quarto, ait Dominus. *Eccce ego creavi fabri furnum sufflantem in igne prunæ: faber enim sufflans prunas est persecutor: qui ipso persecutionis flatu virtutes sanctorum sufflat, & ardere magis facit: imo sufflando eis coronas gloriæ fabricatur.* Tertio observavit Caiet. super locum ex epistola Iacobi citatum, materiam gaudij esse acquirere virtutem patientiæ in laboribus, eamque ob causam dixisse Iacobum: *Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestra patientiam operatur.* Itaque ex eo, quod probatio, id est, tribulatio operatur patientiam, debetis omnium gaudiorum locum ducere variis tentationibus exerceri. Ex quo elucet quanta sit patientiæ dignitas, siquidem Apostolus in ea vna consequenda omne gaudium positum esse confirmat, & eius obtinendæ gratia, & si cætera abessent commoda, omnes omnino tentationes utiliter sustineri.

Charitas si magna sit in tribulatione flatu magis inflammatur
Esai. 54. 26.

Caiet.

In consequenda patientia omne positum gaudium.

Denique confirmatur idem institutum ex illis verbis, quæ dixit Dominus Pauli secunda ad Corinthios duodecimo. *Virtus in infirmitate perficitur*, id est, in tribulatione probatur, & perfectior efficitur. Quod cum Paulus audisset quasi iam de suis tribulationibus, & persecutionibus, imo & tentatione, quam a se tolli postulabat, latior factus ait: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Quasi dicat: Si virtus in infirmitate, hoc est, tribulatione perficitur, altiori animo recipiam omnes persecutiones, & tentationes: imo in iis gloriabor, ut virtus in me perficiatur. Quanquam enim Græcè pro virtute utroque loco est, *δύναμις* quæ vox non virtutem, sed potentiam significat, & est sensus ad literam: *virtus*, seu ut Græcè est, *mea infirmitate perficitur*, id est, mea potentia, inquit Christus, in ipsis laboribus, & difficultatibus magis resplendet. Non est tamen respuenda prior expositio, quam secutus est D. August. libro tertio de Genesi ad literam, c. decimo quinto, his verbis. *Adhuc exercenda, atque in infirmitate perficienda virtuti necessaria sunt tentationes, & molestia corporales eodem Apostolo teste, qui ait: datum sibi fuisse stimulum carnis, ne magnitudine revelationum extolleretur, rogatumque a se Dominum tertio, ut discederet ab eo, respondisse: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

V I.

In suis tribulationibus cur gloriabatur Paulus.

D. August.

Quoniam verò in laboribus patienter toleratis, virtus maxime perficitur, præclare annotavit Tertullian. libro de patientia capite II. nullam esse perfectam virtutem, quæ non habeat comitem patientiam: itaque in omnibus beatitudinibus, quas Christus Matth. 5. enumeravit, patientiam quoque intelligendam esse. Quos, inquit, felices Dominus, nisi patientes nuncupavit, dicendo: *Beati pauperes spiritu, illorum enim est regnum cælorum: Nullus profecto spiritu pauper nisi humilis, quis autem humilis nisi patientis? quia nemo subicere sese potest sine prima patientia subiectionis ipsius, Beati, inquit, stantes atque lugentes. Quis talia sine patientia tolerat? Beati mites: hoc quidem vocabulo impatientes non licet omnino conseri. Item cum pacificos eodem titulo felicitatis notat, & filios Dei nuncupat: nunquid impatientes pacis affines: stultus hæc senserit. Cum verò, Gaudere, & exultare dicit, quoties vos male dicent, & persequentur, merces enim vestra plurima in celo, id utriusque non exultationis impatientie pollicetur, quia nemo in adversis exultabit, nisi antea contempserit, nemo contemnit, nisi patientiam gesserit.* Hæc ille. Et capite duodecimo sequenti docet thesaurum charitatis disciplina patientiæ contineri, & ipsam charitatem à patientia tanquam à magistra quodammodo erudiri: expendens enim locum illum Pauli I. ad Corinthios decimo tertio *Charitas*

V II.

Tertull.
Sine patientia nulla perfecta virtus.
Matth. 5. 3.

Patientia charitatis magistra.
I. Cor. 13. 4.

patiens est, &c. sic ait: Dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius nisi patientia disciplina eruditur? Dilectio, inquit magnanimus est, ita patientia sumit: benefica est, malum patientia non fecit: non amulatur, id quidem patientia proprium est: nec proteruum sapit, modestiam de patientia traxit: non inflatur, non poterit, non enim ad patientiam perit: nec sua requirit, suffert sua, dum alteri proste, nec incitatur. Caterum quid impatientia reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat, usque quia patient. Hæc Tertull.

Quanam sit illa alia bestia, quæ de terra ascendere visa est.

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestia omnem faciebat in conspectu eius.

SECTIO VI,

I. QVemadmodum initio diximus, duashoc cap. bestias vidit Ioan. vnam ascendentem de mari, quam hæcenus Antichristum interpretati sumus, alteram ascendentem de terra, de qua modo differendum. Qui per huiusmodi bestias multitudinem impiorum Antichristo adherentium accipiunt, ita eas distinguunt, ut bestia ascendens de mari significet Reges, ac Principes, & in vniuersum omnes imperio, viribus, opibusque præcellentes, qui bello, armisque pro Antichristi imperio, & principatu decertabunt. Bestia autem ascendens de terra significet Hæreticos, falsosque doctores, ac magistros, qui fucatis rationibus, & argumentis, in speciem tamen veritatis compositis, conabuntur fidem Christi omnino extinguere, & Antichristum pro vero Messia Rege, Deoque obtrudere: quam distinctionem sequuntur Richard. de sancto Vict. Beda, Albert. & alij. Qui autem priorem bestiam Antichristum esse volunt, hanc posteriorem vniuersos Antichristi ministros interpretantur, veluti Aret. Rupert. Haymo, Pannon. imo & D. Greg. l. 33. Mor. c. 36. quanquam ille per hæc posteriorem bestiam non omnes Antichristi ministros, sed solos prædicatores accipiat. Posteriorem, inquit, bestiam, id est, Antichristum superiore iam descriptione narrauerat, post quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur, quia post eam multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur: de terra quippe ascendere, est de terrena gloria superbiere. Quæ habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim sanctitatis eam, quam in se veraciter Dominus habuit, singulari sibi inesse & sapientiam mentitur, & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundit, recte subditur: Et loquebatur ut draco: nam ista bestia, id est, prædicatorum multitudo, si aperte ut draco loqueretur, agni similia non appareret, sed assumit agni speciem, ut draconis exerceret operationem. Hæc Greg.

Richard.
Beda.
Ambertus.
Aretbas.
Rupertus.
Haymo.
Pannon.
D. Greg.
Hypocrisis.
prædicatorum
Antichristi.

II. Et quidem priores, qui posteriorem hanc bestiam prædicatores Antichristi accipiunt, congruentius textui loquuntur, neutri tamen omnino accommodatè ad totius visionis contextum. Quid enim attinet ubique Ioannes bestiam nominat, ibi constanter accipere multitudinem impiorum, nec putare vquam peculiare aliquid à Ioanne prænuntiari? Quare rectius nobis videntur sensisse Andreas Cæsariensis, D. Ambrosius in Apocalypsim (quamuis etiam asserat illam aliam de prædicatoribus expositionem) & Diuus Irenæus libro quinto aduersus hæreses, capite vigesimo octauo, existimantes per hanc posteriorem bestiam intelligendum esse insignem aliquem Antichristi præcursores, & eximium concionatorem, quem

Andr. Cæs.
D. Ambros.
D. Irenæus.

VIE
Apoca

quem Irenæus *armigerum Antichristi* appellat, cui à Dæmone danda sit potestas ad efficienda prodigia, signaque admiranda: quo fiet vt infinitam hominū multitudinem peruertat. Nam quemadmodum Helias, & Enoch agent Christi præcursores, pro eò que doctrina, miraculisque depugnabunt: ita ex altera parte erit pro Antichristo alius quidam præcursor, qui sese Enoch, & Helie opponat, & de primatu pro Antichristo contendat. Cum qua quidē sententia optimè quadrat, quæ de huiusmodi bestia commemorat Ioannes. In primis enim, *Ascendet de terra*, quia terrenis affectibus gubernabitur: *Habebit cornua duo similia Agni*, quia mansuetudinem, & innocentiam simulabit: & quoniam neque mansuetudo vera erit, neque innocentia, idcirco non cornua agni, sed similia agni habere dicitur. Secundò: *Loquetur sicut draco*, quia sub verbis, quæ per mansuetudinem, & zelum veritatis se loqui simulabit, latebit draconis venenulum, id est, dæmonis venenata malicia, & calliditas ad fallendum. Tertiò: *Potestatem prioris bestia omnem faciet in conspectu eius*, id est, potestatem faciendi signa, & prodigia, quam habebit Antichristus, ipse quoque accipiet, eaque omnia faciet in conspectu prioris bestia, id est, Antichristo mandante, & adiuuante.

Antichristi præcursor, concio a tot eximus.

Quartò: *Faciet terram, & habitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis*. Significatur infinitos propemodum peruertendos ab huiusmodi concionatore, & præcursore Antichristi, qui hic significatur per bestiam primam. Addit verò Ioannes: *Cuius curata est plaga mortis*: vt indicet loqui se de priore bestia, cuius vnum ex septem capitibus dixerat percullum fuisse lethali vulnere, & postea sanatum, vt superius explicauimus. Quintò: *Fecit signa magna, ita vt etiam ignem faceret de celo descendere in terram, & seducit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestia*: patent ex superioribus. Sextò: *Dicit habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestia*, id est, statuas & simulachra Antichristi, eaque adorent. Septimò: *Datum est illis, vt daret spiritum imagini bestia*, id est, faciet, vt simulachrum Antichristi per operationem dæmonis loquatur, ac si vitam, & spiritum haberet: quemadmodum olim deorum simulachra virtute dæmonis loquebantur, & oracula, responsaque reddebant. Ita interpretatur Pannon. Rup. Areth. Richard. de sancto vict. & alij. *Et faciet, vt quicumque non adorauerint imaginem bestia, occidantur*. Postremo, *Faciet omnes pusillos & magnos, diuites, & pauperes, liberos, & seruos habere characterem bestia in dextera manu sua, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut vendere nisi qui habuerit characterem, aut nomen bestia, aut numerum nominis eius*, quæ quoniam obscuriora sunt, integram sectionem desiderant.

III. *Infinitos propemodum peruertet.*

Antichristi simulachrum per operationem dæmonis loquatur. Areth. Pannon. Rupers. Richard. V. 26.

Quid sit per characterem bestia accipiendum?

Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestia, aut numerum nominis eius.

SECTIO VII.

Controversum valde est cuiusmodi-nam futurus sit character bestia, id est, Antichristi, quem omnes cogentur siue in dextera manu, siue in fronte gestare, ita vt nisi quis ostenderit characterem bestia, aut nomen bestia,

Charactere
suum fronti-
bus sibi cre-
dentium inu-
ret Anti-
christus.

Deut. 6. 7.

Vatablus.

I I.

Qualis futu-
rus sit.

D. Ambros.

Primas.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

Ansberr.

aut numerum nominis eius, non possit quicquam emere, aut vedere. Qua sancti-
lentur omnes characterem Antichristi gestare, cum hominum vita absque em-
pitione, & venditione constare non possit. Quod ad rem spectat sanè placet sen-
tentia Pannonij intelligentis hoc, ut verba ipsa sonant, quod nimirum Antichri-
stus faciet inuri characterem suum dexterae manui, aut frontibus eorum, qui sibi
crediderunt, emulatione videlicet Scripturarum, in quibus dicitur Deuter. 6.
Verba, quae ego praecipio tibi, meditaaberis, sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormies,
atque surgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua. Quod Iudaei ad litteram intel-
ligentes mandata Dei inscripta chartulis in manibus gestabant: & consentit vox
ipla Graeca $\chi\alpha\epsilon\chi\tau\eta\pi$, quae significat notam aliquam impressam, ut hoc loco in-
terpretatur Vatablus in scoliis huius capituli.

Verum qualis futurus sit Antichristi character in dextera manu, vel frōtibus
seclatorum eius inuredus, multo est explicatu difficilior. D. Ambr. Pateff, inquit,
fieri, ut sicut nos habemus characterem Christi, id est, crucem, quae signatur ita habeat Anti-
christus proprium characterem, quo signentur ij, qui in eum crediderint. Primasius, & Ans-
bertus, existimant characterem Antichristi futurum illam, in quo totum Chri-
sti nomen per compendium includatur hac figura.

P I N qua figurallitera, quae videtur P. Latinum, est R. Graecum ma-
iulculum: linea crassior transuersalis est T. reliquae transuersales mi-
nores efficiunt X. Graecū: quibus literis redditur nomē Christi per
compendiū. Addit verò Ansberr. hoc sibi fuisse reuelatū. Frācisus
Ribera in Apocalypsim arbitratu characterē istum futurū, quo in
sigillo suo veteri Antichristus, & quem in annulo gestabit, & in sup-
pellectili sua imprimi faciet. Hanc autem notam, siue characterem futurū for-
mam draconis, quē ipse capite tertio in apocalypsim numero decimo tertio, pu-
tat gestaturū Antichristum depictum in clypeo, & in signis militatibus, quē ad-
modum Romani gestabāt Aquilas, & per singulas cohortes dracones, quos qui
portabant *Draconarij* dicebātur, ut nimirū per hoc insigne draconis velut Anti-
christus Deū significare, à quo missus in orbē sit. Sed nō placet in primis Prima-
sij & Ansberr. sententia, quia non est credibile Antichristū habiturum pro cha-
racterē nomē Christi compendio literarū scriptū, cum nihil magis, quàm Chri-
stum Dominū, eiusq; omnem memoriā exerrari dēbeat. Neque Ansberr. re-
velatio vllā vim ad hoc persuadendū habet, quam videlicet recipere non tenemur.

Multō minus placet Riberr. iudiciū. Primum, quia non congruit cum super-
bia Antichristi fateri se publicē missū à dracone aliquo. Deinde quoniam ipse
nullum alium Deum praeter se publicē confitebitur, ut inferius ex Daniele &
Paulo manifestē cōfirmabimus. Quare existimamus tres debere esse caracteres.
Antichristi, quibus eius seclatores se illius seruos, & ministros profiteantur.
Vnus erit imago ipsius ad vium expressa: alter nomen ipsius propriū propriis
literis inscriptū: tertius litera, quae contineat numerum nominis eius per com-
pediū, qui numerus erit sexcūta sexaginta sex, ut postea dicemus. Itaque quē-
libet ex his characteribus cōpellentur omnes, aut in manu dextera impressum,
aut in fronte gestare. Mōstrant autem ex eo, quōd Ioannes hoc videtur diserte
tradidisse hoc ipso capite, cum ita per disjunctionem locutus est. *Ne quis possit
emere, aut videre, nisi quis habet characterem, aut nomen bestiae, aut numerum nominis eius.*
Quo loco per characterem imaginem eius intelligimus, quius paulō ante fa-
cta fuerat mentio, cum scilicet esset de Antichristi p̄curatore, illis verbis, *Et da-*

sum est illi, ut daret spiritum imaginibus, & faciat, ut quicumque non adoraverint imaginem bestia, occidantur. Hanc igitur imaginem more Imperatorum Romanorum suis numis insculpi faciet, & in manu dextera, aut frōtibus suorum inuri, aut certe nomen suum propriis cōscriptum literis, aut literas continentes per compendium numerum nominis eius, ita ut qui se Antichristi serūū profitebitur, vnum aliquem ex his characteribus gestare debeat. Quod ut cōsequatur, strictè præcipiet, ne quis emere possit, aut vendere, nisi vnū ex illis tribus characteribus, siue in dextera manu, siue in fronte impressum ostenta verit. Quod si quis nobis ob-

Occurritur obiectioni.

hiciat non videri per characterem imaginem Antichristi accipiendam, cum character ex vi verbi non imaginem, sed notam aliquam inultam & impressam significet: respondemus verum quidem esse characterem ex vi verbi non significare imaginem, sed notā, aut signū distinctionis, aut mysterij causa impressū, nec nos ex characteris voce colligere accipiendā esse eo nomine Antichristi imaginem: sed id tātum existimare eam ipsam imaginem Antichristi, cuius paulō ante mentio facta fuerat, in materia aliqua incidendam, sculpendamque, tum verò eam vel dextris, vel frōtibus sectatorū Antichristi inurendam, ea propemodum ratione, qua signa, & notæ suæ seruis, siue pecoribus inuruntur. Ex quo fiet, ut iā imago Antichristi pro caractere habeatur: quicquid enim pro nota distinctionis inuritur, siue imago sit, siue quæcūq; alia nota, signūve, character propriè appellatur. Illud hōc loco ad mores est obseruandum primo, Dæmonem, & Christū de homine quasi de possessione contendere, & idcirco vtrumque procurare, ut sua ipsius imagine, nota, characterēque distinguatur: propterea enim Antichristus in finitū dæmonis compellet omnes characterem suam impressum in dextera, aut fronte gestare. E contrario vero Christus ad animam loquens Cantic. 8. ait. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Solent enim pecuarij greges suos pecuarii signo, & caractere distinguere. Quo loco aduertendum est pro signaculo esse Hebraicè *chotam*, à radice *chatam*, quæ significat signare, sigillare, claudere: vnde *chotam*, signaculū. Ezechiel vigesimo octauo. *Tu signaculum similitudinis.* Pōniturque etiam pro annulo, in quo est sigillum, veluti tertio Regum vigesimo primo, *signauit eus annulo eim:* & Hieremias vigesimo secundo. *Si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea.* Quare cum sponſus adhortatur sponsam, ut ponat se tanquam signaculum super cor suum, illud significat, ut vñatur se ipso tãquam annulo, in quo est sigillum, & cor suum, id est, amorem suum ipso met sponſo sigillet, ne videlicet quisquam alius amorem sponsæ, ut pote sigillatum aperire audeat, nisi ipse met tantūm sponſus, cuius est sigillum: itaque ut eius amore solus sponſus fruatur. Et quoniam amorem consequuntur opera, quæ per brachium significantur, idcirco etiā brachium sponsæ vult eodem sigillo signari, ne alteri, præter quàm sibi amoris argumenta, & significationem præbeat. Eodem sensu Ezechiel, vigesimo octauo, appellatur Lucifer signaculum diuinæ similitudinis, illis verbis. *Tu signaculum similitudinis.* Verum quoniam ipse cor suum diuina similitudine tãquam sigillo signatum per quandam veluti prodicionem non solum Deo seruauit obſignatum, sed suæ ipsius excellentiæ quodammodo resignauit: inde est, quodd Tertull. libro secundo aduersus Marcionem, capite 10. legit eo loco: *Resignaculum similitudinis:* quia videlicet cor suum à Deo suo ipsius sigillo obſignatum fraudulenter si per appetitionem propriæ excellentiæ resignauit. Hanc enim rationē affert Tertul. suæ lectio-

III.

Comendans de possessione homini Christi & dæmonis Cant. 8. 6.

Ezec. 28. 22.

3. Reg. 21. 8.

Hier. 22. 24

Sponſus de sponsa amore quam sit sollicitus.

Ezec 28. 22.

Tertull. Luciferi amor propriæ excellentiæ.



D. Hiero.

endini resignaueris. Atque huiuslectionis quam sequitur Tertul. meminit D Hieron. in comment. super Ezechielem, quanquam eam non multum probet. In Latinis, inquit, codicibus pro signaculo resignaculum legitur dum $\chi\rho\delta'$ $\eta\lambda\omicron\varsigma$, id est, malus imitator verbum δ' verbo exprimens interpretatur iuxta septuag. translationem, $\delta\pi\omicron\sigma\phi\epsilon\gamma\iota\sigma\mu\alpha$, id est, resignaculum posuit. Unde quidam sic intelligunt, quod signaculum Dei, & figuram, qua velut in cera mollissima expressa sit, Rex Tyri resignauerit, atque perdidit, ut pro signaculo fecerit resignaculum. Hæc Hieron.

V.

Omnibus
sceleribus se
inquinabunt
Antichristi
sectatores.
Prou. 18. 4.

Adoratione
sibi exhiberi
faciet Anti-
christus.
Epham Sgr.

Crucis signum
quàm formi-
dabit.

Secundò. Aduertendum est, quia Antichristi sectatores omni deposita verecundia, frontèque omnino perfricta sese in omnium flagitiorum cæno volutabant: idcirco eius characterem in fronte ipsa gestaturos. Quid enim, quæso, erit aliud se Antichristi profligatissimi omnium mortalium seruos signo quodam in fronte impresso profiteri, quàm omni pudore deposito omnibus se sceleribus perproiectam morum licentiam inquinare: ut illud in illis impleatur Prouer. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Tertiò. Obseruandum characterem Antichristi in fronte, & in manu esse inurendum: quia & fidei professionè, & opera ipsa bona destruet, sibi que & adorationem, & famulatum exhiberi faciet: nam in fronte professio cultus: in manu famulatus exprimitur. Quartò. Cur Antichristus frontem, manumque dexteram potius, quàm sinistram requiret, eleganter explicauit B. Ephræm Syrus tractatu de consummatione seculi, & de Antichristo. Dabit, inquit, suum signum scelestus ille, non quidem promiscuè pro quolibet corporis membro, ne hoc graue sit, atque molestum: sed in dextera manu, ac fronte insculpturus est huiusmodi characterem suum, ne scilicet facultas sit homini se signandi signo Christi: neque rursus in fronte vllatenus tremendum, sanctumque Domini nomen imprimere queat: neque etiam gloriosam, atque formidabilem saluatoris crucem insculpere. Nonis quippe infelix ille per impressionem crucis Domini potestatem sibi omnem auferendam: quam ob rem signat hominis dexteram, quòd ea cuncta nostra membra signamus: similiter que frontem, quòd illa signum saluatoris nostri in altum præfert in modum candelabri. Iuxta quam Ephræm expositionem eximiam habes crucis laudem, quam videlicet ita formidabit Antichristus, ut idcirco frontem, manumque dexteram suo characterè signaturus sit, ne locus sit signo crucis in fronte per manum dexteram imprimendo, titulus nimirum ne factò signo crucis imperium suum corruat.

COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

DE ANTICHRISTO.

Multa deinceps disputat Ioannes de Antichristo, & hoc ipso capite, cum non pauca dixisset, tandem illius nomen tradidit difficillimo plane enigmate inuolutum, vsque adeo, vt sibi premitendum putauerit: *Hic sapientia est, qui habet intellectum, computet numerum bestia*, hoc est: Hic diligenti, & accurata inuestigatione opus est. Quoniam igitur crebra nobis deinceps facienda est Antichristi mentio, operę pretium duximus continuata tractatione de Antichristo disputare, & omnia, quę ad eius ortum genus, vitam, mores, imperium, & mortem pertinent, sub aspectum subiicere, ne postea in singulis sparsim immorari, & preter ordinem quędam perstringere, quędam etiam cogamur non sine fastidio replicare.

Quodnam futurum sit nomen proprium Antichristi.

SECTIO PRIMA.



Omen proprium Antichristi ita obscure Ioannes nobis aperuit, vt nihil fortasse toto hoc opere sub obscurioribus symbolis explicasse videatur. Sic enim ait: *Qui habet intellectum, computet numerum bestia, numerus enim hominis est, & numerus eius, sexcenti sexaginta sex*, hoc est computandę sunt literę, ex quibus nomen eius conficitur: *nam numerus hominis est.* Quę verba sic exponit Rich. de

sancto Viē. id est, numerus nominis eius est numerus, qui ab homine computari potest: Arethas aliter: *Numerus hominis est*: id est, eius nomen non est insuetum, & insolens, sed familiare. Alij sic: *Numerus hominis est*: id est, hominis est numerare: quare qui intellectum habet, computet numerum literarū nominis eius. Probabiliter etiā Beda: *Numerus hominis est*: id est ne eum putemus, iuxta quorundā opinionē, demonem futurū, sed vnum de hominibus, in quo tamē Satanas habitaturus est corporaliter. Denique huiusmodi ænigma difficillimū Ioannes proponit: *Numerus eius sexcenti sexaginta sex*: cui cum se tot, tantique Oedipi opposuerint, nemo tamen illud hæcenus potuit satis explicare: neque verò nos tantum nobis assumimus, vt perfectam eius explicationē audeamus polliceri. Antequā igitur singulorum sententias cōnumeremus: præmittere oportet tam Hebręos, quàm Gręcos suis ipsorū characteribus pro notis numerorum vti solere. Deinde incertum esse, nū Ioannes loquatur de nomine Antichristi scripto literis Gręcis, an Hebraicis: verisimilius tamē videri Gręcos characteres intelligere: siquidem & Gręcē, & Gentibus præcipuē Apocalypsim scribebat. Deniq; aduertendum Ioānem velle tradere nomen propriū Antichristi, non dignitatis, aut officij. Quare sensus Ioan. is est, literas ex quibus conflabitur Antichristi nomen, si pro notis numerorū sumantur, effecturas numerum sexcentorum sexaginta sex.

His politis, mirum est, quā multę ac dissidentes huius de Antichristi nomine II.

Aaa iij

Rich. Viē.
Areth.

Beda.

Characteribus pro numerorū nomine vti solent Hebręi, & Gręci.

David.
Chytr.
Theod. Bib.
Absurda &
impia hereti-
corū sententiā.
Genebrard.

enigmatis explicaciones prodierint. Prima sententia est, quorundam Hereticorū, videlicet Davidis Chytrei in comment. huius cap. & Theodori Bibliandri dicentiū nomē Antichristi esse hōc nomen λατῆριος Latinos: vnde colligunt Papam, qui Princeps est Latinorū esse Antichristum. Verū quicquid sit de nomine Latinos, de quo postea dicendum. Hęc sententiā preter quā quod est hęcetica, & impia, est etiā maximē absurda, cum Romanus Pōtifex iam inde à principio Ecclesie fuerit ex quo tēpore Antichristus nō fuit. Secūda fuit Gilberti Genebrardi lib. 3. luę Chronologie, vbi exhibuit Mahometam illum impium Abdala patre, & Emina, siue Ennia matre Iudæa genitum, circa annum Domini sexcentēsimū quartū, Antichristū fuisse: aut certē regni Antichristi conditorē, eō quod nomē Mahometū reddat numerū sexcentorū sexaginta sex. Idēmq; affirmāt Eut. p. 2. sup̄ Panoplia, tit. 21. Zonarastomo 3. Annaliū, & Cedrenus. Tertia est aliorū, qui crediderūt Martinū Lutherū, id est, Martinū Lanter, Antichristum fuisse, eō quod eius nomē cum numerū conficiat. Ita sensit Gulliel. Lindanus l. 3. Dubit.

Euthym.
Zonarast.
Cedrenus.
Gulliel. Lin.

III.

Verūm his omīssis, quæ p̄ se corruunt, multa Antichristi nomina cū numerum reddentia tam veteres, quā recentiores excogitarūt. Primū est λαμπέτης id est, Illustris. Secundum ἡνικητής, id est, Victor. Tertium νεκρός ὀδύνης, id est, Malus Dux. Quartum ἀληθὴς βλασφῆμος, id est, Verus nocens. Quintū πάλαι βόσχαρος, id est, olim inuidus. Sextum ἀμὸς ἀδίκος, id est, Agnus nocens: quæ omnia excogitavit Arethas. Septimum ἀρῆμας, id est, Nego, quod finxit Hippolytus Mart. in orat. de consummatione mundi, Primas. & Ansbert. quod nimirū sit negaturus Christum. Octauum ἀντιμῶς, id est, Contrarius, quod asserit Tycon. & Primas. Nonum γερσικήος nomen Gothicū, id est, Gensericus. Decimum Dielux, latinum nomen: si more latino accipiamus D. pro quingētis, I. pro vno, C. pro centū, L. pro quinquaginta, V. pro quinque X. pro decem, Duo præcedentiā nomina adiuuenerūt Haymo, & Rupertus. Vndecimum ἐπιθυμῶς, quod asserit D. Iren. li. 5. aduersus hereses, Duodecimum λατῆριος ex eodem Irenæo. Decimum tertium τίταν, quod asserunt D. Iren. Areth. & Ansbert. Et quidem D. Iren. nomen Titan ceteris omnibus anteponit ex eo, quod hoc nomen Diuinū existimetur apud multos: vnde & factum sit, vt sol Titan appellaretur. Accedit, Quod est nomen regale, imo & tyrānicum. Decimū quartum βενέδικτος, id est, Benedictus, quod finxit Andr. Caf.

Quam multa Antichristi nomina excogitauerunt auctores.

D. Iren.

Ceterum ex cōmemoratis nominibus multa sunt improbabilia, nec enim credibile est Antichristum habiturum nomen inuidiosū, & tyrannidem significās. Quare admodum est verisimile, imo & fere certū non esse appellandū neque Malum ducem, neque Nocentem, neque Inuidum, neque Negatorem, neque Contrarium, imo neque accepturum nomen, quod aliquis præcedentium regū, aut imperatorum habuerit: propter insignem enim superbiā in omnibus singularis esse contendet: quo sit, vt non sit appellandus Gensericus, neque Titan. Sed & illud certissimū nihil certi de eius nomine definiti posse, nomēque Antichristi vsque ad eius tempora incognitum futurum mortalibus: cum enim multa nomina fingi possint, quæ tam Hebraicē, quā Latine, & Græcē numerum illum sexcentorū sexaginta sex conficiant: quis vnquā diuinare poterit, quodnam ex tā multis Antichristi nomen futurum sit? quem admodum D. Iren. loco citato disertis verbis confiteretur. Quāquam enim existimet probabile esse nomen Titan futurum nomen Antichristi, tamen paulo post subiungit. Cum igitur tantum susceptionum habeat hoc nomen Titan, tantam habeat verisimilitudinem, vt ex multis colligamus, ne forte Titan vocetur, qui ventur: nos tamen nō periclitabimur in eo, nec a seuentibus pronunciamus hoc eum nomen habiturum scientes, quoniam si oporteret p̄ se nō tempore manifeste pronunciamus.

Antichristi nomen vsque ad eius tempora erit incognitum.
D. Irenæus.

VIE
Apoc
17

re nomen eius, per ipsum utique editum fuisset, qui Apocalypsim viderat. Hæc Irenæus.

Sed quærat meritò aliquis, quam utilitatem fidelium spectavit Ioannes sub tã difficili, & obscuro anigmate nobis tradens nomen Antichristi? Respondemus id potissimum spectasse Ioannem, ut cù Antichristos aduenerit (id quod ex multis aliis argumentis notissimum esse debet) computent fideles nomen eius, & comperto eo numero sint multò magis certi de Antichristo, nec vllus eis relinquatur dubitandi locus. Simile quiddam accidit in nomine Messia, de quo tam multa extabant Prophetarum vaticinia. Etenim nemo vnquam certò, & explorato intellexit illum appellandum Iesum: cum tamen eiusmodi nomen multis scripturæ testimoniis indicatum, consignatumque esset, imò & vna ex Sibyllis (vt refertur in lib. i. Sibyllinorum carminum) prædixerit numerù nominis Messia futurum, *Octingenti octoginta octo*, his carminibus.

Numerus
nominis
Messia
Sibyllæ.

Sed quæ sit numeri totius summa docebo.

Nam quæ octo monadas, totidem decadas super ista

At quæ hecatonta ad octo infidus significabit

Humanum nomen: tu verò mente teneto.

Ex quibus verbis nemo vnquam colligere potuit Messiam appellandum Iesum, cum multa nomina formari potuissent eum, numerum cõtinentia, quem admodum modò multa Antichristi nomina sub numero Ioannis excogitantur. Quòd autem nomen Iesus Græcè scriptum efficiat numerum octingentorum octoginta octo patet, quia, I. significat Decem, H octo, Z. ducenta O. septuaginta, Y. quadringenta, S. ducenta: Meritò autem Antichristi nomen ex senariis conficitur: Christi autem ex octonariis: etenim senarius non peruenit ad septenarium, quæ est requies Domini, sequitur enim die septimo: at octonarius est ipsius gloriæ symbolum, quoniam septenarios, siue hebdomadas, per quas mûdus voluitur consequitur. Nec vacat mysterio, quòd tres senarij Antichristo, tres octonarij Christo tribuuntur, vt cõsummata Antichristi malitia, & summa à requie Domini, hoc est, gratiæ, & gloriæ distãtia significetur: Christi autè triplicata, hoc est, omnibus numeris absoluta felicitas exprimat, quàm suis cultoribus pollicetur.

Nomen Iesus
Græcè scriptum
quem numerum
efficiat.

Vtrum Antichristus sit verus homo futurus.

SECTIO II.

Tanta futura est Antichristi malitia, vt plerique eam in hominem eadere nõ

possent putauerint: itaque sibi persuaserint Antichristum futurum ipsum Dæmonem sub phantastico, & apparente corpore occultatum. Sic enim tenet Hippolytus Mart. in orat. de consummatione mundi, existimans Antichristum fore Diabolum, qui de falsa virgine, falsam carnem assumeret, Christus Dominus, inquit ex immaculata Virgine natus in figura carnù humanæ hostem concubavit suæ Diuinitatis propria potentia: ad eundem modum Diabolus ex impura muliere prodibit super terram, sed falsam assumpsit nascetur ex virgine. Nam Christus veram carnem, & præter peccatum, nostra per omnia mens, similem assumpsit: Diabolus carnem secundum visionem tantum, & opinionem assumeret, & phantastica carnù substantia organi vice vretur. Hæc Hippolytus. Verùm hæc sententia meritò erroris arguitur ex eo, quòd Paulus 2. ad Theil. 2. Antichristum hominem appellat. Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Quo loco vtitur Theodor. in comment. 2. ad Theil. ad idem confirmandum: quem admodum & D. Hieron. illis verbis Dan. 7. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto: Ne, inquit, eum putemus iuxta quorundam opi-

Hipp. Mart.
Antichristus
futurus dia-
bolus de falsa
virgine carni

2. Theil. 2. 3.

Theodor.
D. Hieron.
Dan. 7. 2.

1. Theff. 4.

nionem Diabolum esse futurum, sed unum de hominibus. Confirmaturque liquidò ex 2. Theff. 2. ubi Apostolus docet Antichristum interficiendū esse spiritu oris Christi, quod in Diabolum nullo modo potest cōuenire. Accedit, quod Patres communi consensu affirmant Antichristum futurum esse verum hominem.

II.
Antichristus
futurus ve-
rus homo per
incarnationē
Diaboli.
D. Hieron.
D. Io. Dam.
Beda
Oecumen.

Sed adhuc plerique minimè credentes tantam naturæ perversitatem in puro homine reperiri posse, dixerunt Antichristum futurum quidem verum hominē, sed per incarnationem Diaboli, ita ut Diabolus naturam aliquam humanam in unitatem sui suppositi assumere debeat: quemadmodum verbum Divinum per incarnationem libi humanam naturam copulavit. Quem errorem referūt, & refellunt D. Hieron. super c. 7. Dan. D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. c. 27. Beda super c. 13. Apoc. Oecumen. in com. super. 2. epist. ad Theff. c. 2. Legendus est etiā D. Hier. præfat. in Malachiam, & in c. 1. Aggæi, ubi disputat aduersus Origenem, qui to. 2. in Ioannem, asseruit aliquot Angelos verè esse incarnatos. Maneat igitur Antichristum nō modo verum, sed etiam purum hominem futurū. Quod verò loco citato ait Hier. Diabolum habitaturum esse in Antichristo corporaliter,

Col. 2. 9.

Diaboli in
Antichristū
passus.
D. Irenæus.
D. Ephrem
Cyril Hiero.
D. Io. Dam.
D. Hieron.

non eo sensu est accipiendū, quo Paulus dixit de Christo ad Colossenses secūdo, Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter. Sed quod Dæmon plenā debeat habere potestatem in Antichristum, eumque servata tamen ipsius libertate acturus, & gubernaturus sit in omnibus actionibus. Vnde D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses, c. 25. docet illum recapitulaturum esse in se Diabolicæ apostasiam. Et Beatus Ephrem Syrus tractatu de consummatione seculi, & Antichristo appellat illum organum Dæmonis: idēque epitheton ei tribuit Cyril. Hierof. catechesi 15. & D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orth. c. 27. appellat Diaboli domicilium. Quo pacto etiam accipiendus est D. Hiero. cum Esai. 16. Diabolum vocat patrem Antichristi. Est etiam & illa ratio, quia Dæmon in eius conceptione cōcurrat ad formationem illius corporis, & complexionis: simili quodammodo, quo Spiritus sanctus corpus Christi in utero Virginis efformavit.

III.
Antichristi
ortus.
D. Io. Dam.
D. Anselm.
B. Ephrem.

Quod verò attinet ad eius ortum, D. Ioan. Damasc. libro quarto fidei Orthod. cap. 27. & D. Anselm. in Apocal. aiunt ex fornicatione nasciturum: & B. Ephrem Syrus tract. de cōsummat. seculi, & Antichristo ex spurcissima, & salacissima femina. Imo non improbabiler quidam opinantur Antichristum nasciturum ex Dæmone aliquo incubo, qui prius succubus specie femine alicui viro subiectus virile semen colligat, quod postea viri specie incubus in Antichristi matrem transfundat. Dari enim tum succubos, tum incubos Dæmones affirmat D. August. li. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. Tunc verò Antichristus non Dæmonis erit filius, sed eius viri cuius erit assumptum semen. atque in hunc sensum accipi potest, quod Hieron. dixerat Dæmonem patrem Antichristi futurum.

D. Aug.

Vtrum Antichristus à Iudæis satum, & originem trahere debeat, & qua ex tribu, & vbinam gentium orietur.

I.
D. Irenæus.
Methodius,
Antichristus à
tribu Dā su-
turum qui
asserunt.
D. Ioan. Dam.
Theod.
D. Ambros.
Psal. 40. 10.
D. August.

SECTIO III.

Antichristum futurum esse ex tribu Dan, atque adco gente Iudæum, est communis Patrum sententia, quam tradunt, & sequuntur D. Iren. lib. 5. aduersus hæreses, c. 30. Method. Mart. in suis reuelationibus 2. tom. bibliothecæ Sanct. Patrum, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthod. c. 27. Theod. libro questionū in Gen. q. 109. D. Ambr. lib. de benedictionibus Patriarcharum. c. 7. & in Pl. 40. super illa verba: Magnificauit super me supplantationem: D. August. lib. quaest. in Iosue quaest. 12.

quæst. 22. D. Greg. lib. 31. Mor. cap. 18. Euch. lib. 3. in Gen. Hippol. Mart. in orat. de consummat. mudi. D. Prosper de promissionibus, & prædictionibus Dei, parte 4. & in dimidio tēporis c. 9. Beda, Rupert. D. Anselm. Arethas, Richard. Vict. Apoc. 7. Sibylla Tiburtina in lib. Sibyllin. cæminum, Anastasius Synaita lib. 10. comment. in Hexam. & refertur in appendice Biblioth. Sæct. Patrum. Rabanus Maurus tract. de Antichristo, qui falsò tribuitur D. August. eumque Rabanò describit Rupert. Apoc. 8. Iudæum autem futurum non nominando tribu affirmat D. Hieron. in comment. super e. 11. Dan. & Severus Sulpit. lib. 2. Dialogorum. Itaque non solum Iudæus genere erit Antichristus, sed etiam ex tribu Dan.

Et quidem quòd Iudæus sit futurus, certum planè videtur: quòd autè ex tribu Dan, non ita certu, sed multò tamè probabiliùs propter communem doctorum sententiam, qui omnes afferunt locum illum Gen. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerasus in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retrò.* Quem locum quanquam D. Hieron. & alij interpretantur de Saplone, qui fuit ex tribu Dan, & Philisthæos ubique diu exauit, illis que tanquam coluber in viis, & cerasus in semitis terribilis occurrebat: tamen propter id, tanto rariùs Patrum, quos paulò ante citauimus, sententiam, negari non debet, ibi etiam siue ad literam, siue mysticè vaticinium de Antichristo contineri. Aliud argumentum ducitur ex Apoc. 7. ubi Iohannes eam ob causam existimatur à Doctoribus, & potissimū ab Irenæo, lib. 5. aduersus hereses c. 30. in connumerandis tribubus Israël prætermisisse tribu Dan, propter Antichristu videlicet, qui ex eatrà hère debeat originè, quam idcirco veluti maiori ex parte reprobà non putauit in numero signatorum connumerandã. Quòd autem simul tribum Ephraim prætermiserit, illa à nobis eo loco reddita ratio est, quòd ex ea tribu originè duxerit Hieroboà, qui primus in decem tribus idololatriam inuexit: quanquã & pro Eph. patrè ipsius Ioseph Io. posuerit. Denique citatur in eandè sententiam locus ille Hieremie 8. *A Dan auditus est fremitus eorum, a voce humanitù pugnatorum eius comota est omni terra, & uenerunt, & deuorauerunt terrã, & pleitudinem eius, urbè, & habitatores eius.* Quo etiam testimonio vitur ad idem confirmandu D. Iren. loco citatò. Verum aut auctor est D. Hieron., loquitur Hieremias ad literam de Nabuchodonosor, qui à Dan regione per Phaniceni cum exercitu venturus describitur: itaque ad Antichristum non pertinet. Duo propriè testimonia quamquam rem omnino certam non faciunt, eam tamen reddunt valdè probabilem propter comunem Patrum, Doctorumque expositionem.

Diximus supra certum planè esse Antichristum futurum Iudæum, tum quia in eam sententiam omnes Patres vnanimi consensu conspirant, tum etiam quia cum Antichristus debeat se mentiri Messiam propter Iudæos, qui illum recepturi sunt, cum Messias Iudæus genere in scripturis palam pronuncietur, nisi ipse Iudæus sit, non poterit se pro Messia vniuersæ Iudæorù genti obtrudere eandèmq; ob causam, mentietur se esse ex tribu Iuda, quæ est tribus Regia, & Messia in sacris literis tribuitur. Nam quòd Iudæi Antichristum pro Messia recepturi sunt disertis verbis prænuntiauit Christus Dominus Ioann. 5. *Ego ueni in nomine Patris mei, & non accipit me, si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.* Quare exploratum esse debet Antichristu & Iudæum genere, & ex tribu Dan ducturum originè propter comunem Patrum sententiam, in eo & sacris literis magis congruentem.

Quòd ad locum spectat, in quo tam prodigiosum monstrum orietur, Diuus Hieronymus in comment. super caput 12. Danielis, D. Anselm. in Elucidario, Rabanus Maurus in tract. de Antichristo, & alij affirmant Antichristum Babylone nasciturum: quæ sententia comunior est, & ferè iam ab omnibus recepta. Addunt

D. Gregor.
Eucher.
Hippol. Mar.
D. Prosper.
Beda.
Rupert.
D. Anselm.
Arth.
Richard. Vict.
Sibyl. Tibur.
Anast. Syn.
Rab. Maur.
D. Hieron.
Seuer. Sulpit.

II.
Futurum Iudæum statuitur ut certum.
Gen. 49. 17.
Apoc. 7.
In connumerandis tribubus Israël cur tribum Dan prætermiserit Iohannes.

Hier. 8.

D. Hieron.

III.

Antichristus nascitur se ex tribu Iuda.
Ioan. 5. 43.

III.

D. Hieron.
D. Anselm.
Rab. Maur.
Nascitur Babylone.

Aniel. & Raban. (id quod acceperunt ex Methodio in reuelationibus) illum educandum esse in Corozaim, & Bethsaida, & regnaturum in Capharna: videtur quoque Method. in eam venisse sententiã propter illa verba Christi Domini Matt. 11. *Ve tibi Corozaim, & tibi Bethsaida, & tibi Capharna: usque in calice exaltaberis, usque ad infernum detraheris.* Citat enim huc locum Method. existimans tunc Bethsaida, Corozaim, & Capharnaum ad infernum usque descensuras, cum in eis educabitur, & regnauerit Antichristus, Verum id incertum est, probabilius videtur, quod scribit D. Ioan. Damasc. libr. 4. fidei Orthodox. cap. 27. Antichristum clam esse educandum, Quod verò attinet ad sedem regni, & imperij metropolim luolo co dicemus.

De malitia, & profligatis moribus Antichristi.

SECTIO IIII.

I. **C**um dictum sit de nomine, ortu, & patria Antichristi, sequitur, vt de ratione vitæ, ac moribus disseramus. Illud igitur primùm constat Antichristum perditissimum, & profligatissimum fore omnium mortalium quotquot vnquam ab orbe condito extiterunt, & ad finem vsque mundi existent: vnde à Paulo 2. ad Thes. 2. per antonomasiam appellatur. *Homo peccati, filius perditionis, & ille iniquus, cuius est aduentus secundum operationem satana in omni seductione iniquitatis.* Quo loco Emphalim habet, *Ille iniquus*, Græcè δὲ ἄνομος: vbi articulus, ο, notat insignem quendam iniquum. Et Matth. 13. iniquus per excellentiam appellatur, cum dicitur: *Ager autem est mundus, bonum verò semen hi sunt filij regni: & zizania autem filij sunt nequam: vbi pro nequam est Græcè ἄνομος in gignendi casu, quasi dicas filij ipsius mali, qui malus, nequam, & iniquus per excellentiam dicitur: quo nomine quidam Demonem, alij Antichristum accipiunt. De eius impudentia locutus est Daniel e. 8. Cum creuerint iniquitates, conserget Rex impudens facie. Delibidine e. 11. Erit in concupiscentijs faminarum: sed de hoc inferius disputabimus. De blasphemijs e. 7. Sermones contra excelsum loquetur, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica. De superbia Paulus 2. ad Thes. 2. Excelsatur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Secundò, Erit omnibus magicis artibus, hariolandi scientia, incantationum, & veneficiorum doctrina instructissimus. Ita docet Cyril. Hier. catechesi mystagogica, 15, & Rabanus Maurus tractatu de Antichristo. Habebit, inquit, Antichristus magos, maleficos, diuinos, incantatores, qui eum Diabolo inspirante nutriēt, docebunt in omni iniquitate, falsitate, & nefaria arte, & maligni spiritus erunt duces eius, & socij semper, & comites indiuisi.*

III. Tertio, Ab ipso conceptu possidebitur à Dæmone, qui, vt diximus, ad formandam eius corpus concurreret, talemque in eo humorum permissionem efficiet, vt sit natura ad omne vitium maximè propensus. Id quod his verbis explicat Raban. loco citato: in ipso conceptionis initio Diabolus simul introibit in uterum matris eius, & ex virtute Diaboli confouebitur, & contutabitur in ventre matris. Et sicut in matrem Domini nostri Spiritus sanctus descendit, & eam sua virtute obumbravit, vt quod nasceretur Diuinum esset, & sanctum: ita Diabolus in matrem Antichristi descendit, & totam eam replebit, totã circumdabit, totam tenebit, totã interiùs externũque possidebit, vt Diabolo per hominem cooperante concipiat, & quod natum fuerit, totum sit iniquum, totũ perditum. Quarto. Talem ab ipsa infanzia Dæmon habebit in eum dominatum, & imperium, absque præiudicio tamen libertatis, vt eum in omnem malitiã, morumque peruersitatem impellat.

impellat. Quod significauit Apostolus, cum dixit 2. ad Theff. 2. *Cuius est aduentus secundum operationem Satanae.* Quo etiam sensu dixit D. Hier. in com. super c. 7. Danielis, Diabolum habitaturum esse corporaliter in Antichristo & D. Iren. l. 5. aduersus haereticos c. 25. Antichristum recapitulaturum in se Diabolicam apostasiam. Idemque intellexerunt Ephrem Syrus l. de consumm. seculi & Antichristo. Cyril Hierosol. catechesi. 15. & D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orth. c. 27. cum cum *Diaboli organum, & domicilium* appellatur.

Quinto. Sunt qui existiment tantam futuram naturae peruersitatem, & obstinationem ad malum in Antichristo, vt nullam vnquam sit admissurus inspirationem siue Diuinam, siue Angelicam. Ita enim sensit Franciscus Suarius in 3. part. D. Thom. q. 59. disp. 14. Idque confirmari potest ex illis verbis Iob 41. quae sub typo Leuiathan de Dæmone accipiuntur, & ad Antichristum referri possunt: *Corpus illius quasi senta fusilia compactum squamis sese prementibus, vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.* Vbi significatur animum Antichristi ita futurum vnde quaque obfirmatum, & obstinatum in malo, vt nulli, vel minimae tenuissimae Spiritus sancti aera, hoc est, inspirationi locum præbeat. *Et ne spiraculum quidem, inquit, incedit per eas.* Imo non desunt, qui arbitrentur nullum omnino actum, non dico meritum, sed ne moraliter quidem bonum effecturum propter cotinuanam consuetudinē, & familiaritatē cum Dæmone, & effusam ac proiectam in omnia vitia naturā: cuius sententię est Benedictus Perera lib. 4. in Dan. instigante potissimum Dæmone, cui libera dabitur à Deo facultas eū continuo tentandi, atq. ad omne flagitium incitandi, non tamen supra eius vires, fidelis enim est Deus, qui non sine illius tentari ultra id, quod potest ad Corinth. 10. Nec ei vnquam denegabit auxilium sufficiens ad conuersionē, alias enim nō peccaret cōtra manifestam Pauli sententiā, qui 2. ad Theff. 2. appellat Antichristum hominē peccati, & filium perditionis: & quod est consequens, habebit Angelum custodem toto vitæ suae tēpore. Nec enim mihi probatur eorum sententiā, qui existimant Antichristum pauld postquam habuerit vsum rationis deserendum esse à custode Angelo, quod etiam asserit Viguerius in institutionibus Theologicis, cap. 21. §. 3. versu. 3. Sed vt diximus nihil ei proderit Angeli custodia propter summam obstinationem, vt affirmat D. Anton. 4. part. tit. 13. c. 4. §. 3. *Quamuis, inquit, Angelus bonus ei non subtrahatur ad custodiam, tamen postquam incipiet malitia vni, nullum effectum in eum custodia eo obfirmato exercebit.* Illud tamen aduertunt Cyril. Hierosol. catechesi mystagogica. 15. Hippolytus Episcopus & Mart. orat. de consummatione mundi. D. Ioan. Damasc. l. 4. fidei orthodoxae c. 27. Et B. Ephrem Syrus, tract. de consummatione seculi, & Antichristo. Antichristum initio quidem summam sanctitatem, religionemque simulaturum. In primordiis suis, inquit, Hippolytus elemens erit, ad dilectionem quietus, religiosus, pacificus, qui odio prosequetur iniustitiam, detestetur munera, idololatriam non admittat, a male scripturas se creatur sacerdotes, canitiem honori habeat, scortationem repudiet, adulterium abominetur, obreclationes non audiat, deiectiones non recipiat, hospitalis, studiosus pauperum, misericors, viduis opem feret, pupillos tuebitur, cunctos diliget, conciliabit inter homines contendentes amicitia his verbis: *Sol non occidat super iracundiam vestram, ad Ephes. 4. Non possidebit aurum, nec diliget argentum, diuitias non amplectetur. Atque hæc omnia faciet concilio simulato, & fraudulento, quō cōfumentur omnes, vt te regem creent.* Hæc Hippolytus.

III.
Nullū è celo admittet inspirationem. Suarius. Iob. 41. 6.

1. Cor. 10. Auxiliū sufficiens Antichristo non denegabitur, vt neque Angelus. 2. Theff. 2. Viguerius, D. Antonius.

Cyrl. Hier. Hippolytus. D. Ioan. D. B. Ephrem. Antichristus vite sanctitatem simulabit.

Ephes. 4. 9.

Utrum Antichristus futurus sit deditus concupiscentiis
fœminarum?

SECTIO V.

I. Hanc dubitationem excitamus propter locum illum Danielis 11. *Deum patrum suorum non reputabit, & eris in concupiscentiis fœminarum.* Quem locum Septuaginta, teste D. Hieron. in comment. super Dan. ita transtulerunt. *Et concupiscentiâ mulierum non subiacebit.* Quod quidem in ea 70. interpretum translatione, quam nunc habemus, non reperitur: sic enim apud eos legimus ad verbum, ἐπιπαύσαι δὲ ἐστὶν πατέρων αὐτοῦ & ὁμοίων, ἕτι ἑθνημίας γυναικῶν, ἡ ἕτι τῶν ἀγαθῶν & ἁγίων: hoc est, super omnes Deos patrum suorum non intelliget, & super concupiscentiam fœminarum, & super omnem Deum nō intelliget. Quibus verbis, quia ambigua sunt, significatur, ut ipsemet Hieronymus confitetur, habere eū concupiscentiam fœminarum, & non habere. Non habere quidem si ita intellexerimus: super concupiscentiam fœminarum, non intelliget: habere autem, si ita accipiamus: super concupiscentiâ fœminarum, scilicet, erit. Iuxta primam autem lectionem vult Hieron. sermonem esse de Antichristo, qui simulaturus est castitatē, ut plurimos decipiat. Iuxta secundum verò de rege Antiocho, cuius fuerunt importunissima libidines. Nostra vero vulgata utrumque sensum patitur si more Hebræorum præcedens negatio in posteriori quoque membro subauditur: & ita legamus: Deum patrum suorum non reputabit, & non erit in concupiscentiis fœminarum. Est enim idiotismus Hebræus, ut negatio in priori sententiæ membro expressa, in posteriori subaudiatur, veluti Esaiæ 53. *Non erat ei affectus, & desideravimus eum,* id est, non desideravimus eum.

II. Dicendum igitur videtur, propter hanc lectionis ambiguitatē, Antichristum initio quidem simulaturum esse castitatē, ut ex Hippolyto superiori scēt. diximus: sed ubi rerum potitus fuerit in omnē libidinem, & scōrtationem ruiturum, ne dicamus homini omnium perditissimo commune naturæ vitium, & quod in homines plusquam reliqua dominatur, hoc est libidinē, defuturum. Quo etiam pacto respondet Lyranus in comment. super Dan. docēs Antichristum exterius quidem simulaturum esse castitatē, ut facilius decipiat: non futurum tamē castitatis amatorem: sed aduersarium, & libidini deditissimum. Quam ob causam arbitratur significatum fuisse à Ioanne Apocal. 17. per bestiam ascendentem de abyfso, eo quod bestia symbolum sit lasciviæ, & libidinosi homines bestiarum more vitam agant. Atque hinc licet colligere illustrissimū castitatis encomium, cuius nimirū tanta est pulchritudo, ut vel eius vnus simulatione persuadere sibi debeat Antichristus fore, ut reliqua omnia sua vitia, flagitiaque obtegantur: & sola opinione castitatis, ipse ad totius orbis monarchiam euehatur. Itaque homo ille peccati, & filius perditionis cum omnium se virtutum hostem profiteri debeat, non audebit tamē aduersus castitatē aperto Marte bellum gerere, quia cernet nihil esse, vel ad invidiam conflandam libidine efficacius, vel ad conciliandam benevolentiam castitate præstantius.

Utrum Antichristus idolorum cultor sit futurus?

SECTIO VI.

I. Videntur quædam loca Scripturæ in speciem pugnare. Quædam enim docent Antichristū omnem omnino Deū abiecturum, nec aliquis alterius cultū præter quam sui permissurū, veluti 2. Thes. 2. *Es extollitur supra omne, quod dicitur Deus,*

Dan. 11. 37.
Septuag.
D. Hieron.

Esai 53. 2.

Hippolyt.
Simulata
præ castita-
te in omnem
libidinem
ruet. Anti-
christus.
Lyranus.

Conciliat
benevolentiam
castitas.

VIE G...
Apocalyp...

Deus, aut quod colitur. Et Dan. 11. Deum patrum suorum non reputabit, nec quenquam Deorum curabit, quia adversum universa consurgit. Alia verò videntur conceptis verbis dicere futurum Antichristum idolorum cultorem, veluti Dan. 11. Deum autem Maoz in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignoraverunt patres eorum colet auro, & argento, & lapide pretioso. Ceterum proculdubio fatendum est Antichristum omnia idola aboliturum, nullumque Deum passurum in orbe coli præter se: nam se tantum ab omnibus adorari faciet, idque manifestè docent duo priora testimonia: affirmantque Cyrill. Hierosol. catechesi. 15. D. Iren. l. 5. adversus hæreses c. 25. Hippol. martyr serm. de consummatione mundi. D. Hier. in c. 11. Dan. Et in epist. ad Galgasiã, q. 11. Theod. Oecumen. & Theoph. in comment. super. 2. ad Thessal. 2.

Ad locum Danielis 11. de Maozin, duplex est responsio. Vna Theodoret, qui existimat per Maoz in, ipsummet Antichristum intelligendum esse Deum, inquit, fortem potentem, (hoc enim significat Maozin) seipsum appellat, illud enim, in loco suo, pro seipsum, posuit: eriget enim sibi ipsi templum, & auro, & argento, ac lapidibus pretiosis ipsa exornabit. Cui expositio diu consentit verbum Hebraicum, ut plerique annotarunt. Altera est Lyrani, & aliorum, quæ videtur probabilior, respondentium Maoz in nomen esse proprium, significareque certum aliquem Dæmonem, quem Antichristus priuatim colet: cuius nimirum opera se videbit indigere ad signa sua, & prodigia perpetranda. Et quoniam in eo Dæmone præsidium omne suum collocabit, & perperabit illum sub nomine Maozin, quæ vox interpretatur, Fortitudines, ut Deus Maozin, idem sit, ac Deus fortitudinum, siue Deus fortissimus. Itaque Antichristus occultè quidem, & priuatim Dæmonem adorabit, eique eriget aram, construètque simulacrum in auro, argento, & lapide pretioso, publicè tamen omnia idola execrabitur, & euerter, seque vnum faciet ab omnibus adorari.

Vtrum Antichristus futurus sit secundum sectam Iudæus?

SECTIO VII.

Illud in primis pro certo statuendum, Antichristum simulaturum se esse Christum, siue Messiam, Iudæosque illum tanquam Messiam recepturos. Ita enim disertis verbis Christus prænuntiavit Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non recepitis me, si alius venerit in nomine suo illum recipietis. In eandem sententiam interpretatur D. Hier. illud Dan. 11. Simulabit se Ducem fœderis, id est, Messiam Principem fœderis, & testamenti Iudæorum. Idemque affirmant D. Irenæus l. 5. adversus hæreses c. 25. Cyrill. Hierosol. catechesi. 15. Hippol. Mart. orat. de consummatione mundi. Theod. in comment. super 2. ad Thessalon. 2. Et in Epitome Diuinorum decretorum c. de Antichristo. D. Hier. in epist. ad Galgasiã q. 11. Severus Sulp. in vita B. Martini l. 2. D. Hilar. canone 25. in Matth. D. Amb. lib. 10. in Lucam, D. Ioan. Damasc. lib. 4. fidei Orthodox. c. 28. D. Greg. lib. 31. Moral. c. 10. Cyrill. Alex. D. Chrysof. & D. August. in c. 5. Ioannis.

Secundò Simulabit se gentis Iudæicæ maximè studiosum, Iudæosque præcipuè colet, ut ipsi primi eum tanquam Messiam regemque recipiant, ut auctor est Cyrill. Hier. catechesi. 15. Hippol. Martyr, oratione de consummatione mundi. Et B. Ephr. Syrus tract. de consummatione seculi. Eamque ob causam Hebr. templum Hierosolymitanum instaurabit: quæ admodum testantur iidem Auctores loco citato & Rabanus Maurus tract. de Antichristo. Tertio, Illud obsequens est Antichristum futurum Iudæicæ legis cultorem, maximumque caeremoniarum legalium obseruatorem: quod ex eo perspicuum est, quia alii qui non poterit Iudæis insinuare:

D. Irenæus.
Dan. 11. 38.
Nullum
Deum præter
se coli patietur.
Antichristus
Cyril. Hier.
Hippolytus.
D. Hieron.
Theodoret.
Oecumen.
Theoph.
II.
Theodor.
Lyrani.
Certum Dæmonem priuatim colet.

I.
Messiam se
simulabit.
Antichristus
Cyril. Hier.
D. Irenæus.
Hippolytus.
Theod.
D. Hieron.
Severus Sulp.
D. Hilar.
D. Chrysof.
D. August.
II.
Cyril. Hier.
Hippolytus.
B. Ephrem.
Templum
Hierosolymitanum
instaurabit
in gratia
Hebræorum.
Raban.
Iudæicam legem
obseruabit.

nec enim Iudæi recipient hominem non circumcisum : & qui legem non seruet, sed potius contemnat. Ita docent D. Ambr. in cōment. super 2. ad Theff. c. 2. & Raban. Maurus tract. de Antichristo, qui conceptis verbis docent, Antichristū fore circumcidendū. De lege vero Iudæorum ab eo obseruanda, idem affirmant Cyril. Hieros. catechesi. 15. Seuer. Sulpit. li. de vita S. Martini, vbi ait Antichristū præcepturum esse, vt omnes secundum legem circumcidantur. Et D. Greg. li. 11. registri in dictione 6. c. 3. Veniens, inquit, in mundum Antichristus diem Sabbathi, & diem Dominicum ab omni iubebit opere custodiri : nam quia simulaturus est morise, ac resurgere : ideo diem Dominicum in veneratione haberi præcipiet : quia vero iudæizare populū cōpellet, vtriusque Mosaicæ legis reuocet, & Iudæorum sibi subdat perfidiam, diem Sabbathi obseruari coget. Hæc Greg. Verum hoc arbitramur in initio tantum facturū, postea enim rerū potitus nouas ipse legis nefarias promulgabit, omnem peccandi licentiam continentes, modò ipsum tanquam Deum omnes recipient. Quod enim tandem repudiaturus sit legem Mosaicam manifestè colligitur ex illis verbis Dan. 11. Deum patrum suorum non reputabit. Si enim Deum Israël non venerabitur, nec illius sane legem Iudæis olim datam, caremoniasque obseruabit.

Quodnam sit illud templū, in quo sessurus prædicitur Antichristus.

SECTIO VIII.

1. **E**O amentia simul, & impudentia veniet Antichristus, vt sibi tanquam Deo litari, hostiasque immolari præcipiat : imo & in templo Dei sedeat tanquam Deus, quemadmodum disertis verbis docet Paulus 2. ad Theffal. 2. Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & exollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Theodor. D. Chryf. Theoph. & Oecumen. in eum locum Pauli, nomine templi accipiuntur templa Christianorum, in quibus Antichristus se faciet adorari. Verum communis opinio est, Antichristum reedificaturum esse templum illud Hierosolymitanum in gratiam Iudæorum, in eoque sessurum tanquam Deū: sic enim tradunt Cyril. Hieros. catechesi. 15. D. Iren. l. 5. aduersus hæreses, c. 25, & 30. Hippol. Martyr. in orat. de consummatione mundi. D. Hier. in epist. ad Algisiam q. 11. D. Ambr. in 21. c. Luca, D. August. l. 20. de Ciuitate Dei, c. 19. Seuer. Sulp. l. 2. de vita S. Martini, D. Hilar. canone. 25. in Matt. D. Ioan. Damasc. l. 4. fidei Orthod. c. 28. Sedulius in comment. super 2. ad Theffal. 2. imo ipsemet Theodor. Chryf. Theophyl. qui aiunt Antichristum sessurum in Ecclesiis Christianorum, simul affirmant sessurum in templo Hierosolymitano. Itaque solus Oecumenius id negat, ea ductus ratione, quòd sola templa Christianorum, templa appellari possint, quæ tamen ratio non multum habet momenti.

Confirmatur eadem sententia ex c. 11. Apoc. vbi dicuntur Enoch, & Helias occidendi ab Antichristo, & eorum corpora iacitura in plateis ciuitatis magnæ: vbi & Dominus eorum crucifixus est. Ex quibus verbis manifestè colligitur Antichristū Hierosolymis regnaturum: vt postea dicemus. Atque adeo verisimile est, ibi Pauli prædictionem, de sessione in templo Dei, esse adimplendam. Porro templum hoc Hierosolymitanum, ab Antichristo instaurandum, ceterum templi nomine: tum propter templum illud antiquū Salomonis, quod representabit: tum quia more templi sacrificiis, & hostiis Antichristo immolandis inseruiet. At quid respōdebimus ad locum illū Dan. 9. vbi videtur significari templum Hierosolymitanum, nunquam

nunquam amplius instaurandum illis verbis: *vsque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio*: Respondemus adhuc constare vaticinium Danielis: vere enim ad finem vsque perseverabit desolatio: quia tantum in fine mundi ab Antichristo instaurabitur. Aut certe etiam dici potest adhuc Antichristi tempore templi desolatione duraturam, quia nunquam celestius, quam tunc templum illud profanabitur: quid enim magis profanum, magisque execrandum, quam in templo illo olim celeberrimo, & sanctissimo thura Antichristo adoleri, hostiasque immolari?

Quanam arte, & quibus initiis Antichristus orbis imperium obtinebit?

SECTIO IX.

Obscurum initio futurum Antichristum, & clam atque occulte educandum. I. Aliquid testatur Sacra litera, idcirco enim Dan. 7. appellatur cornu parvulum. *Considerabam*, inquit, *cornua*, & ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum, quemadmodum D. Hieron. & Theodoretus eo loco interpretantur: luculentiusque adhuc pradicatur Dan. 11. *stabit in loco despectus, & non tribuetur ei honor regis, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia*. Quamquam enim cum locum Porphyrius, & alij veteres de Antiocho Epiphane intellexerunt: rectius tamen accipi de Antichristo docet D. Hier. in comm. sup. Dan. *Qui consurgere*, inquit, *habebit de modica gente, id est, de populo Iudeorum, & tam humilis erit, atque despectus, ut ei non detur honor regis, & per insidias, & fraudulentiam obtineat principatum, & hoc faciet, quia simulabit se Ducem foederis, hoc est legis, & testamenti Dei*. Idemque affirmat D. Ioan. Damasc. lib. 4. *Idem Orthod. c. 27. Clam, inquit, educabitur, ac repente irsurget, caputque attollet, atque imperio possidetur, & in regni quidem, vel tyrannidis potius praeludis bonitatis speciem praeseruet, cum verorum potius fuerit, tunc peruersitatem omnem suam deprimet*. Id, quod magis exponens Hippol. Martyr orat. de consummatione mundi, postquam eius hypocrisis, & simulationem, simulque miracula descripsit, adiungit: *Hac omnia faciet consilio simulato, & fraudulento, quo conveniat omnes, ut illum regem creent: nam ubi populi tantae eius virtutes, & facultates perspexerint, vno consensu convenient omnes unum in lacum ad creandum illum regem, ac praecipue Iudeorum gens praecibus ipsi tyranno chara erit, dicentque illi omnes, Tibi obtemperamus, & agnoscimus te iustum super omnem terram atque in initio quidem subdole gloriam hanc repudiabit, at perseverantes homines, & obsecrantes regem illum declarabunt*. Hae Hippolytus.

D Hieron. Theodoret. Dan. 11. 21. Porphyr. Antichristus initio humiliter erit, atque despectus. D. Hieron. D Ioan. Dam. Hippolyt. Eius hypocrisis. Iudeorum gens praecibus omnibus Antichristo chara.

Itaque ad duo capita videtur Hippolytus imperij Antichristi reuocare. Vnum erit signa, & prodigia, quae ante suum principatum, dum adhuc erit obscurus coram multis admirabilia perpetrabit, mundando leprosos, sanando paralyticos, expellendo Daemones, mortuos in speciem excitando. Alterum erit incredibilis hypocrisis, & virtutum omnium simulatio. Cyrillus Hierosol. cathedesi 15. arbitrat Antichristum peruenturum ad imperij totius orbis fastigium, gentes quidem sibi incantationibus, & beneficiis conciliando, Iudaeos autem, appellando se Messiam regem, idque portentis & magicis signis confirmando. *Veneficis*, inquit, *incantationibus, & malis artibus instructissimus usurpabit sibi potestatem Romani imperij, falso autem Christum se ipsum vocabit; ac per hanc Christi appellationem Iudaei, qui venturum expectant, decipiet; gentes vero per magicas imposturas seducet*. Addit Hippolytus ad hoc ipsum usurum esse Daemonum ministerio, & legatione, *Mandata*, inquit, *mittet per universam provinciam opera suam Daemonum, tum hominum, qui dicant: Rex magnus natus est super terram, venite omnes ad adorandum eum, et ipse vobis praestabit frumentum, & vinum, & opes, ac sublimes dignitates*. Id quod etiam affirmat

Cyrl. Hier. Quibus artibus conciliabit sibi gentes. Per universum orbem mittet legatos.

8. Ephr.

Beatus Ephrem tract. de consummatione seculi, & Antichristo. *Assumpta, inquit, potestate impudentissimus ille Demones ablegabit ad uniuersos fines terra, qui cunctis pradicem magnam iam regem cum gloria apparuisse, omnesque ad occurrendum ei, uidentemque ipsius decorem inuident.*

Quale futurum sit imperium Antichristi, & quæ eius imperij sedes.

S E C T I O X.

Dan. 7. 7.

I. Imperium Romanum Antichristi tempore diuisum fore in decem reges prædixit Dan. c. 7. *Ecce, inquit, bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens: & reliqua pedibus suis conculeans: dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas uideram ante eam, & habebat cornua decem. Hanc bestiam communis expositio Romanum interpretatur imperium cum D. Hier. Theodoreto, & alijs: cornua autem decem, decem reges, in quos erit imperium distributum. Igitur Antichristus Romanum imperium occupabit, tribus regibus ex illis decem, profligatis, & accisis, reliquis septem in sub suam potestatem, dittonemque subiectis, id quod eodem cap. Danieli ita præsentat. Considerabam cornua,*

D Hieron.
Theod.
Imperium
Romanum
occupabit
Antichristus
Dan. 7. 8.

& ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt a facie eius. Et paulo post seipsum interpretans, subiungit, Bestia quarta, regni quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit uniuersam terram, & conculeabit, & comminet eam. Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt, & alius consurgit post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Quod uero Daniel per hunc regem potentior prioribus Antichristum intelligat, ex sequentibus manifestè colligitur. Sermones, inquit, contra excelsam loquetur, & sanctos altissimi contemnet, & putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Vnde merito D. Hier. in comen. eius loci ita concludit.

D Hieron.
Romanum
Imperium
ad
mundi finem
decem reges
inter se diuident.

Dicamus ergo quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant: tunc uidebimus regem paruulum surrecturum, qui tres reges de illis decem, superaturus sit, id est, Egypti, Africa, & Ethiopia reges, quibus interfectis, septem alij reges uictori colla submitter. Hæc ille.

Lactan.
Tribus interfectis regibus, subiiciet sibi reliquos.
Apoc. 13. 1.

Ad hæc hos tres reges ab Antichristo occidendos, quos D. Hier. ait futuros reges Egypti, Africa, & Ethiopia, Lactantius lib. 7. Diuinarum institut. c. 16. existimat futuros reges Asia, qui tunc Asiam obtinebunt. Itaque ex decem regibus, qui Romanum imperium administrabunt, tres collatis signis superabit, & occidet Antichristus, reliquos septem sibi ultro parentes uiuos relinquet, sibi que subiiciet. Atque hoc est quod Ioannes hoc ipso cap. docuit, cum dixit ostensum sibi fuisse Draconem habentem capita septem, & cornua decem, & in capitibus septem diademata. Primum enim decem erunt conua, id est, decem Reges, sed postea tribus interfectis, septem remanebunt capita, cum septem diadematis, id est, septem reges regalibus coronis decorati, Antichristo que subiecti. Idemque est, quod initio huius cap. 13. reperitur. *Vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius, decem diademata. Nihil enim aliud significatur, quam initio quidem decem futura esse cornua, decemque diademata, id est, decem reges, postea tamen tribus ab Antichristo interfectis, relinquenda tantum esse septem diademata, & septem capita, hoc est, septem reges. Et c. 17. meretrix purpurata sedet super bestiam habentem capita septem, & cornua decem.*

Apoc. 17.

Dan. 11. 40.

III. De alijs præliis Antichristi loquitur Dan. c. 11. *In tempore, inquit, præfinito præliabitur aduersum eum rex Austri, & quasi tempestas ueniet contra illum rex Aquilonis in curribus*

curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret, & pertinet: & introibit in terram gloriosam, & multi corruent, ha autem sole saluabuntur de manu eius Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon: & mittet manus suam in terras, & terra Egypti non effugiet, & dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti: per Libyam quoque & Ethiopiam transibit, & fama turbabit eum ab oriente, & ab Aquilone, & veniet in multitudine magna, ut conterat, & interficiat plurimos. Quem locum D. Hieronymus totum de Antichristo interpretatur. Quod autem Edom & Moab, & Ammon euasura dicantur ex Antichristi manibus, illud significat, auctore Hieronymo, Idumæam, Moabitas, & filios Ammon, id est, Arabiam, relinquendam esse intactam, quia illuc Sancti ad desertum confugient. Denique de prælio Gog, & Magog, de quo agitur Gen. 38. & Apoc. 20. illud interim satis sit annotasse per Gog, accipiendum esse Antichristum, per Magog, aut Antichristi exercitum ex barbaris, ferocissimisque gentibus collectum. Itaque prælium Gog, & Magog, esse prælium Antichristi, exercitusque eius aduersus Ecclesiam, ut ad c. 20. fusè docemus.

Ex dictis plane colligitur Antichristum futurum omnium, qui vnquam fuerunt, eruntve regum, imperatorumque potentissimum: Siquidem vniuersum orbem sibi subiiciet, nec patietur aliquem vltquam gentium nisi suo nomine regnare. Id quod Daniel c. 7. significauit illis verbis. *Ipse potior erit prioribus.* Et D. Hier. in c. 11. Dan. affirmat Antichristum toto orbe regnaturum. De cuius etiam monarchia loquens Lactentius lib. 7. Diuinarum institut. c. 16. sic ait. *Multiplicabitur extremis mundi temporibus imperium, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & cōcisa minuetur: Tunc discordia in perpetuum ferentur, nec vlla requies bellis exitiis erit, donec reges decem pariter existant, qui orbem terræ, non ad regendum, sed ad consumendum partiantur: tunc repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plage septentrionalis orientur, qui tribus ex eo numero delectis, qui tunc Asiam obrinebunt, assumetur in societatem à ceteris, ac princeps omnium constituetur. Fore etiam Antichristum opulentissimum imperatorem docet Daniel eodem c. 11. illis verbis. *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Egypti.**

Quod verò spectat ad imperij sedem, & regni metropolim, Babylone primum creditur regnaturus, ut plerique colligunt ex Zachariæ cap. 5. cum dicitur. *Leua uerunt amphoram inter cælum & terram. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: quò ista deferunt amphoram: & dixit ad me, ut adificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliasur, & ponatur ibi super basem suam. Quo loco pro terra Sennaar, Septuaginta trãstulerunt, in terra Babylonis.* Est enim Sennaar auctore D. Hieronymo, campus Chalædorum, in quo Babylon est ædificata, significaturque ea visione supplicium Iudæorum vsque ad tempora Antichristi duraturum, quo tempore ædificabitur eis domus Babylone, eo quòd ibi incipiet Antichristus regnare, & à Iudæis ut Messias recipietur. Quamquam verò initia eius imperij Babylone erunt, tamen præcipue Hierosolymis imperabit, eritque ea vrbs sedes regni. Id, quod confirmari solet ex illis verbis Apostoli 2. ad Thessal. 2. *Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Esse autem per templum eo loco accipiendum templum Hierosolymitanum, quod ipse instantabit, iã superius multorum Patrum testimonio confirmauimus. Cum igitur federe debeat in templo Hierosolymitano videtur eam urbem futuram sedem imperij. Accedit quòd Apoc. 11. docet Ioannes, Enoch, & Helia Hierosolymis ab Antichristo occidendos, ut in cōmentariis eius capitis diximus: quod argumento est ibi imperij metropolim, ac sedem ab Antichristo erigendam.

D. Hieron.
Quo pacto Arabia euasura sit ex Antichristi manibus. Gen. 38. Apoc. 20. 1111.
Antichristus erit omnium imperatorum potentissimus Dan 7. 24. D. Hiero. Lactantius.
Zachar. 5. 9. Babylone primum regnabit Antichristus. Septuag. D. Hieron.
Vrbs Hierosol. metropolis regni Antichristi. 2. Thess 2. Apoc. 11.



De signis, & prodigiis admirandis quidem, sed fallacibus, quæ Dæmonis opera patrabit Antichristus.

SECTIO XI.

- I. **Rabanus.** **T**RIBUS quasi machinis validissimis Antichristus Ecclesiã oppugnabit: quæ admodũ docet Rabã. Maurus Archiep. Mogütinus, terrore nimirũ, muneribus, & prodigiis. Et quidem vera miracula efficere nõ poterit, cum id ad solius Dei potestatem, & imperiũ, pertineat, verũ effecta admirabilia, signaque multa, & prodigia perpetrabit Dæmonũ opera. Quamquã vero multa verè per magiam efficiet, videlicet opera Dæmonum applicantiũ actiua passiuas, cuiusmodi fuerũt serpentes illi Magorũ Pharaonis, quia ad fallendum, doctrinæque suæ falsitatem astruendam pertinebunt. De quibus signis, & prodigiis loquitur Paul. 2. ad 2. Thess. 2. 9. *Thess. 2. Cuius est aduentus secundum operationem Satana in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis is, qui pereunt, eo quod charitate veritatis non receperunt, ut salui fierent.* Quamnam verò huiusmodi prodigia sint futura habemus ex parte significatum à Patribus. Method. Episc. & Mart. in suis reuelationibus, quæ referuntur tomo 2. Biblioth. S. Patrum. *Faciet, inquit, multa signa, & prodigia sophistica, & falsa, cæci respicient, claudi ambulabunt, surdi audient, dæmoniaci curabuntur, conuertet solem in tenebras, & lunam in sanguine apparenter.* Hippolyt. Episc. & Martyr orat. de consummatione mundi. *Leprosos, inquit, mundabit paralyticos excitabit, expellet Dæmonos, longinqua non aliter quam presentia denunciabit, mortuos suscitabit, transferet montes ante oculos spectantium, siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem e celo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem solem circumaget quo libuerit, & ut semel dicam omnia terra, marisque elementa, & vi oblatæ apparitionis coram spectantibus obtemperare sibi demonstrabit.* Beatus Ephrem Syrus tract. de consummatione seculi, & Antichristo. *Transferet, inquit, Montes, & insulas fallaciter, & currere quidem videbitur mons coram cunctis turbis spectantibus, licet omnino a suis fundamentis non sit motus super abyssum incedet, & in ea, ut super terram se ambulare simulabit: magna tribulatio erit in diebus illis, quando seipsum ut Deum ostendat formidabilibus portentis, per aëra volitans, cunctique Dæmones in forma Angelorum: cum timore coram tyranno in aëre sublimes volitare conspicientur.* Raban. Maur. tract. de Antichristo, qui falsò, ut diximus, ascribitur D. Aug. *Faciet, inquit, signa inaudita, arbores rãmirum subito florere & crescere, mare turbari, & subito tranquillari: naturas in diuersas figuras mutari, agitari aëra ventis, & multis modis commotionibus mortuos in conspectu hominum suscitari.*
- II. **Matt. 24. 24.** **Prædicatores.** **Antich. mal. 24.** **Cyril. Alex. Martyres qui spore Antichristi patietur, super omnes martyres.** **D. Greg.** **Quæ** omnino de solo Antichristo accipienda sunt, sed de eius etiã seãtoribus, potillimũq. prædicatoribus, ut Christus Dominus cõceptis verbis docuit Matt. 24. *Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errore inducantur, si fieri potest etiã electi.* Vbi notandũ est de signis, & prodigiis dictũ fuisse: *ut in errore inducantur, si fieri potest etiã electi.* Erit enim hæc lögẽ omniũ grauissima tẽtatio multò ipsi stormetis, muneribusq. potẽtior. Ita prædicationẽ Christi intellexit Cyr. Hieros. catech. 15. *Nũquid, inquit, non beatus martyr est, qui tunc pro Christo martyriu pertulerit? Ego verò illũ super omnes martyres esse dixerim: nã qui antea præcesserit, cũ hominib. illis tantũ certamẽ erat, qui verò tẽpore Antichristi patietur, personaliter eũ Satana pugnabit: tũc verò superiores illos mare res reges solũ occidẽt, mortuos autẽ nõ excitat, neq. signis & prodigiis cuiusq. phantasiã perturbat, hic autẽ timore, & necessitate mala subuersione, ut seducatur si fieri potest etiã electi, nequãdo in cor ascẽdat, quã Chri. plurimũ gesserit.* In eandẽ sent. loquitur D. Gre. l. 32. MOR. c. 13. *Põsẽm inquit, quæ erit humana mentis illa*

in illa tentatio, quando pius martyr, & corpus tormentis subiicit, & tamen ante eius oculos cor-
tor miracula facit: cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur: quando is, qui D. I. fid.
flagris eruciat, signis cornescat: Et D. I. Ido. lib. 1. de summo bono c. 28. Olim, inquit, fa-
ciebant miracula martyres, tunc autem videbuntur facere ipsi persecutores.

Ceterum quantum tam multa, tamque admiranda futura sint huiusmodi fi-
gna, nunquam tamen Christi Ecclesia, fidesque ac religio labefactari poterunt. Nam Antichristi
præter alia maxima subsidia, quibus Diuina providentia fideles eius temporis mi-
rum in modum confirmauit, simul etiam Enoch, & Helias toto fere tempore ty-
rannidis Antichristi illustrissimis miraculis coruscabunt, ut diximus c. 11. cū Ioan.
5. nostro exegetico sect. 11. Quare defendi nõ potest id, quod ait Dominicus à So-
to, lib. 4. sentent. d. 46. q. 1. art. 1. videlicet propter acerbissimam illam persecutio-
nem, fidem ac religionem Christi extinguendam esse. Extincta, inquit, fide per dis-
censionem ab Apostolica sede totus mundus vanus erit, ac deinceps in cassum processurus: expa-
niscant ergo mortales, quam sit pestis amor sui, inde enim dimanat elatio, & superbia, qua sub
ducatur tandem Antichristi ciuitatem Dei labefactabit. Non potest, inquam, defendi hæc
sententia, ut bene aduertit Bellarminus tract. de Antichristo, c. 17. to. 1. suarum cõ-
trouersiarum: quoniam pugnat cum illa Christi promissione, Matth. 16. super hanc
petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Accedit,
quod cum Christus Dominus dixit Math. 24. Dabunt signa magna, ita ut in errorem in-
ducantur, si fieri potest etiam electi: sed propter electos breuiabuntur dies illi: manifestè signifi-
cauit, tempore Antichristi futuros electos, atque ad eam Ecclesiam. Qua de re le-
gendus est. D. August. li. 20. de Ciuit. Dei c. 8. Post hæc, inquit, oportet eum, (id est, Dia-
bolum) sibi breui tempore, si hoc est Diabolo ligari, & includi, Ecclesiam non posse seducere:
hæc ergo erit solutio eius ut possit? Absit nunquam ab illo Ecclesia seducetur prædestinata, & ele-
cti ante mundi constitutionem, de qua dictum est: Nouit Dominus qui sunt eius, & tamen hic erit
Ecclesia illo tempore etiam quæ soluendus est Diabulus, sicut ex quo est instituta hic fuit, & erit
omni tempore, in suis utique qui succedunt nascendo morientibus. Id quod probat Aug. ex
c. 20. huius operis cum dicitur: Et ascenderunt super terram latitudinem, & cinxerunt ca-
stra sanctorum, & dilectam ciuitatem. Et descendit ignis de celo à Deo, & comedit eos: & Dia-
bolum, qui stantebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia, & pseudopropheta
cruciantur die ac nocte in secula seculorum. Sed hoc iam ad iudicium vltimū pertinet, quod nunc
propterea commemorandum putauit, ne quis existimet eo ipso paruo tempore, que soluetur Dia-
bolum in hac terra Ecclesiam non futuram, in illo hic eam vel non inueniente, cum fuerit solutus,
vel absumente cum fuerit modis omnibus persecutus. Et paulo inferius: Alligatio, inquit,
Diaboli, est non permitti exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo ad seducendos
homines in partem suam cogendo valenter, fraudulenterve fallendo: quod si permitteret in tam
longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, &
fideles decideret, & ne crederent impediret, quod ne faceret alligatus est. Denique paucis in-
terpositis, soluetur, inquit, in fine, ut quam fortem aduersarium Dei ciuitas superauerit, cum
ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. Hactenus August.

Utrum Antichristo regnante, sacrificium Eucharistiæ in
Ecclesia cessaturum sit?

SECTIO XII.

Quod cessaturum sit non semel videtur à Daniele prænunciatum, etenim I.
capite 8. Audisti, inquit, unum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus Dan. 8. 13.
alteri nescio cui loquenti: Vsq; quod visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis, qua
Bbb iij

facta est, & sanctuarium, & fortitudo concalcabitur: Et dixit ei: usque ad vesperam & mane dies duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium. Et c. 11. Polluens sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. Quae duo testimonia quanquam communis expositio interpretatur de iuge sacrificio legis veteris, quo singulis diebus duo agni anniculi immaculati, vni mane, quod erat sacrificium matutinum: alter vesperi, quod sacrificium vespertinum dicebatur, in holocaustum immolabantur. Numer. 28. Quod iuge sacrificium cessauit tempore Antiochi, de quo iis locis sermo est. Nihilominus confitetur D. Hieron. a plerisque accipi de temporibus Antichristi sub typo regis Antiochi. Sed luculentius idem habemus expressum c. 11. A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille ducenti nonaginta. Vbi manifeste sermo est de Antichristo, cum tempus tyrannidis exprimitur, diebus mille ducentis nonaginta comprehensum, vt affirmant D. Hieron. & Theod. in eum locum. D. Iren. lib. 5. aduersus haereses. Hippol. Martyr orat. de consummatione mundi. Primalius in c. 11. Apoc. & reliqui communiter. Quodnam verò aliud iuge sacrificium accipiendum videtur, quam sacrificium Eucharistiae: quod cum in vniuersis ferè orbis prouinciis celebratur, quas aeternis conuersionibus obit sol, merito iuge, & continuum appellari potest, cum se resemper oporteat, siue in his, siue in illis partibus offerri: iuxta illud Malach. 1. Ab ortu solis usque ad occum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus. Et quanquam pro iuge sacrificio Septuag. translulerunt εἰς δὲ λέγει μὲν ita locum reddentes: Ἔτιον ἔστιν ἡ εὐχαριστία τοῦ θεοῦ ἡ δὲ λέγει μὲν hoc est, ad verbum a tempore mutationis continuatur. Et cum εἰς δὲ λέγει μὲν coniuuitatem significat, & eo loco haud dubie cōtinuitatē Diuini cultus: significarique videtur continuationem cultus Diuini ea celebritate, qua modo agit, tempore Antichristi desitura. Tamen cū præcipuus & maximus religionis nostrae cultus, ipso Eucharistiae mysterio cōtineatur, merito complures ad Euch. vaticinium Dan. pertinere existimarunt. Id quod præter alios disertè docet Hippol. Martyr orat. de cōsummatione mundi. Pretiosū, inquit, corpus & sanguis Christi non exabit in diebus illis, liturgia id est, Missæ sacrificiū, extinguetur. Atque hæc sunt, quæ sacrificiū Eucharist. cessaturū Antichristi tempore cōfirmat.

II. Ex altera verò parte videtur ob stare illustris illa Christi pollicitatio Matth. 28. Et vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Quam licet D. August. tract. 50. in Ioan. de præsentia secundum prouidentiam & fidem. Et D. Ambr. lib. de Isaac, & anima c. 7. de protectione accipiant: tamen de præsentia quoque in sacramento Eucharistiae, plerique interpretantur, quos sequitur Iansenius in concordia. Quare dicendum putamus Eucharistiae mysterium, & cultum publicè quidem cessaturum tempore Antichristi, quippe qui nihil magis, quam hoc sacramentum, vt potè locupletissimum passionis Domini monumentum detestabitur. Quo sensu intelligendus est Daniel: tamque ob causam Septuaginta voce εἰς δὲ λέγει μὲν vti sunt quæ cultus coniuuitatem, & celebritate significat, id tamen non efficiet, quominus privatim, & in locis oculis, vbi canque se fideles metu persecutionis abdiderint, sacerdotes corpus Christi consecrent, fidelesque communicent. nec enim Deus electos alienissimo illo tempore tam præsentis solatio, subsidioque destituet: vt etiam tunc verum sit illud Psal. 22. Parasitum conspectu meo mensam a iherisucos, qui tribulant me. Quo sensu prædicto Christi accipienda est, atque ita rectè constant, & coherent testimonia, quæ in speciem se cum ipsa pugnare videbantur.

Quanto

VIE
 Apoc
 11

Quanto tempore duratura sit Antichristi tyrannis, & sub eo Ecclesia persecutio.

SECTIO XIII.

Antichristi tyrannidem modico tempore duraturam praedixit Christus, Mat. I. 24. Nisi breuius, inquit, fuissent dies illi, non fieret salua omni caro: sed propter electos breuiabuntur. Et Apoc. 12. *Ve terra, & mari, quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.* Et c. 28. *Post haec oportet illum solui modico tempore.* Modicum appellatur huiusmodi tempus, quia erunt tres tantum anni cum dimidio, ut multis in locis Scripturae Sacrae praedicitur, veluti Dan. 12. *Et audiuisti virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: cum eleuasset dextram, & sinistram suam, & iurasset per uiuentem in aeternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Quo loco tempus annum significat: tempora duos annos: dimidium temporis anni dimidium: quemadmodum docet D. Hier. & communis expositio: & nos ad c. 12. uberius diximus. Et paulo inferius: *A tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium dies mille ducenti nonaginta.* hoc est, tres anni cum dimidio transibunt, & praeterea duodecim dies. Apoc. 11. *Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Et c. 12. *Fugit mulier in solitudinem, & abscondit se a facie serpentis per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Et c. 13. *Data est ei potestas facere mensibus quadraginta duos.* Sic etiam docent D. Iren. l. 5. aduersus haereses ad h. p. m. C. yrl. Hierosol. catechesi 15. D. Aug. 20. de Ciuit. Dei c. 8. & 23. diuus Hier. & Theod. in c. 7. & 12. Dan. Beda. D. Ansel. Prima. Areth. Haymo, Rich de S. Victore, & Rupert. in loca citata ex Apocalypsi. Nec refert, quod Daniel c. 12. dicat a tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium transitorios esse dies mille ducentos nonaginta: Ioannes autem Apoc. 11. doceat Enoch, & Heliã prophetaturos dieb. mille ducentis sexaginta. Etenim Daniel loquitur de tempore tyrannidis Antichristi, quod comprehendet tres annos cum dimidio, & praeterea duodecim dies: hoc est, dies mille ducentos nonaginta. Ioannes autem de tempore praedicationis Enoch, & Heliã, qui occidendi sunt vno mense prius quam Antichristus intereat, ut diximus ad c. 11. Sect. 9.

Qualis nam futurus sit interitus Antichristi.

SECTIO XIII.

Inem, & interitum Antichristi cum futurum commemorat Dan. c. 11. Per Libyam, inquit, quoque, & Aethiopiã transibit, & fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone, & ueniet in multitudine magna, ut conterat, & interficiat plurimos: & figet tabernaculum suum in Apadno inter dua maria super montem inchoyrum, & sanctum, & ueniat usque ad summitatem eius: & nemo auxiliabitur ei. In quem locum D. Hieron. *tonym. Nostri, inquit, extremum huius visionis capitulum de Antichristo sic exponunt, quod pugnans contra Aegyptios, Libyamque, & Aethiopiã, & etiam cornua de decem cornibus conterens, audietur sic de Aquilonis, & Orientis partibus aduersum se bella consurgere, ueniet usque cum magna multitudine figet tabernaculum suum in Apadno iuxta Nicopolim, quae prius Emais uocabatur, ubi incipiunt Iudaea prouincia montana consurgere. Denique inde se erigens usque ad montem Oliueti Hierosolymorum regio ascenditur, & hoc esse, quod nunc scriptura dicit, & cum fixerit tabernaculum suum in montana prouincia radicibus inter dua maria, mare uidelicet quod nunc appellatur mortuum ab Oriente, & mare magnum in cuius litore Ioppe, Ascalon, & Gaza sita sunt: tunc ueniet usque ad summitatem montis eius, hoc est, montana prouincia, id est, verticem montis Oliueti, qui inchoyrum uocatur, quia ex eo Dominus ascendit ad Patrem, & nullus Antichristo poterit auxiliari, contra se Domino sciuenti: & asserunt ibi Antichristum esse periturum. unde Dominus ascendit*

Bbb iiii

Matt. 24. 22.
Apoc. 12.
12. Et 10. 3
Antichristi
tyranni da-
rabit tribus
annis cum
dimidio.
Dan. 12. 7.
D. Hieron.
Dan. 12. 12.
Apoc. 11. 2.
Et 12. 14. Et
13. 5.
D. Irenem.
Cyr. Hier.
D. August.
D. Hieron.
Theod.
Beda.
D. Anselm.
Primus.
Areth.
Haymo.
Rich. Vict.
Rupert.

D. Hieron.
Antichristi.
perimetur in
monte Oliueti.



ad caelos, quod autem Antichristus veniat usque ad summitatem montis sancti, & inebriatur ibi percat: Esaias plenius loquitur: Praecipitabit Dominus in monte sancto faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes. Hæc Hieronymus.

II. Idem quod attinet ad montem Oliueti, in quo perimendus sit Antichristus,

D. Thom. affirmat *D. Thom.* in comment. super 2. ad Thess. 2. & alij. Quomodo autem sit interficiendus, tradit Esaias cap. 11. iuxta quorundam expositionem, ut auctor est ibi *D. Hier.* Percutiet (nimirum Christus) terram virga oris sui, & spiritum labiorum suorum in: efficiet impium: Et Paulus 2. ad Thess. 2. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione adventus sui. Vbi plerique per spiritum oris Christi Michaelem Archangelum accipiunt, qui Christi iussu interfectorus sit Antichristum. Quam expositionem commemorat *D. Thomas* in eum locum. Communior sententia, Spiritum oris Christi eius mandatum, & imperium interpretatur. Ita *D. Thom.* *D. Chryso.* *Theophyl.* in eum locum. Et *Theod. Dan. ii.* Magister historiarum Schol. in 12. c. Dan. existimat eum verbo Christi perimendum: nimirum ascendente eo in caelum Demonum ministerio, audiendam esse de caelo vocem Christi, Morere, confestim fulmine percussum deliciendum, interiturumque.

Haymo in c. 11. Esaiæ putat eum interficiendum potentia iussionis Christi, & licet à Michaele, ut quidam asserunt, interficiatur, Domini tamen nutu, hoc totum perficiendum, occidendumque, ut Doctores tradunt, in monte Oliueti in papilionem, ac folio suo, illo in loco, contra quem, caelos Dominus ascendit. Verum hæc omnia multò luculentius explicavit Ioannes Apoc. 19. his verbis.

III. *Vidi bestiam, & reges terra, & exercitum eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius, & apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt charactera bestia, & qui adoraverunt imaginem eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis. Quem locum ad litteram, ut verba sonant, intelligendum existimo. Ita quoniam verbis Ioannes per sedentem in equo candido, Christum significat: nomine bestia, Antichristum, nomine pseudopropheta, præcursorem illum suum, & insignem concionatorem, de quo diximus hoc ipso c. exeget. 1. sectione 6. atque hos duos viuos mittendos in stagnum ignis. Quare dicendum nobis videtur Christi iubentis imperio aperendam terram, atque ab ea quasi ad prædam hiante, Antichristum, eiusque præcursores viuos deglutandos. Quia tamen Paulus disertis verbis docet 2. ad Thess. 2. Antichristum interfectum iri, necesse est quinino fatemur, ubi primò eos terra absorberit in ipso medio hiatu, claudente se iterum terra morituros, eorumque animas ad stagnum ignis à Dæmonibus rapiendas: quemadmodum accidit Dathan, & Abiron, de quibus dicitur Numer. 16. Descenderuntque viui in infernum aperti humo, & perierunt de medio multitudinis. Quod non ita est accipiendum, quasi viui ad infernum pervenerint, sed quod eos viuos terra deuoraverit, & in ipso hiatu, quasi compresso gutture, strangulauerit, eorumque animas ad inferos, veluti ad stomachum, decoquendas transmisserit: ut exponunt*

Abulens. *Liran.* *Hugo Card.* & *Dionys. Carth.* super 16. c. Numer. Idèigitur accidet Antichristo, eiusque præcurtori. Nec enim placet sententia *Andree Cesar.* in c. 19. Apoc. existimantis illos non morituros, sed in corrupto corpore viuos ad infernum, descensuros; ipsamque gehennam illis loco mortis futuram: cum Paulus disertis verbis affirmet Antichristum interficiendum 2. ad Thessal. 2. ut interim orittamilla Scripturæ sacræ testimonia, quæ docent omnes homines esse morituros.

Quantum

Quantum temporis à morte Antichristi vsque ad diem
iudicij excurrer.

SECTIO XV.

Communis est Doctorum sententia, post mortem Antichristi concedendum
esse hominibus spatium quadraginta quinque dierum, vt qui seducti ab An-
tichristo fuerint, locum habeant penitentia. Ita docent D. Hier. Theod. Lyran. *D. Hieron.
Theod.
Lyranus.
Magister.
Hugo Card.
Dion. Cart.
Dan. 12. 11.*
Magister historice Scholast. Hugo Card. Dion. Cart. Dan. Idque
colligunt ex illis verbis eiusdem c. *A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, &
postea fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginti & octiduo, qui expectat, &
peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque, hoc est, Antichristi persecutio
durabit tribus annis cum dimidio: & præterea decepit, aut duodecim diebus, hoc
enim tempus includitur diebus mille ducentis nonaginta. Sed beatus, qui mortuo
Antichristo super vixerit quadraginta quinque dies, hoc est, peruenit ad dies
mille trecentos triginta quinque. Hæc enim summa præcedentem superat qua-
draginta quinque diebus. Quare significatur quadraginta quinque dies futuros
à morte Antichristi, vsque ad diem iudicij: quemadmodum discretis verbis exponit
D. Hier. Beatus, inquit, qui interfecit Antichristum, dies supra numerum præfiximus, qua-
draginta quinque præstolabitur, quibus est Dominus atque saluator in sua maiestate ventu-
rus. Quare autem post interfecionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit,
diuina scientia est, nisi forte dicamus, quod dilatio regni sanctorum, patientia comprobatio
est. Hæc Hieronymus.*

Verum vtū plures, quam quadraginta quinque dies à morte Antichristi vsq;
ad diem iudicij excurrere debeant, incertū est: & illud etiā minimè exploratum, vt
ait Lyrā. in c. 39. Ezech. vtū illi dies futuri sint vsuales vt nostri, an pro annis co-
putari debeant: quemadmodum & Ezech. c. 4. dicitur, *Dies pro anno dedit tibi: Luxa
quam sententia incognita adhuc manet dies iudicij. Sane admodum probabile
est incertitas futuras eius tēporis inducias, etenim Dominus Matt. 24. agēs de suo
aduentu ad iudiciū sic ait, sicut erāt in diebus, ante diluuiū comedentes, & bibentes, &
nubentes, & nuptus tradentes, vsque ad eū diem, quo intrauit Noë in arcā, & non cognouerūt,
donec uenit diluuiū, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Quam Christi senten-
tia Doctores referunt ad illud tēpus, quod effluet à morte Antichristi vsque ad
diem iudicij, & i. ad Thess. 5. Dies Domini sicut fur in nocte, ita ueniet: cum enim dixerint,
Pax, & securitas, tunc repentiū superueniet interitū. Nō est autem uerisimile, tā bre-
ui quadraginta quinque dierū spatio, post mortem Antichristi, homines vsque
adeo de posteros tanta persecutionis memoriā, vt in ea uiuāt securitate, otio, ac
deliciis, quæ ante diluuiū præcessisse memorantur. Accedit, quod Christus Do-
minus docet diem iudicij incognitū omnibus mortalibus futurum, si autē qua-
draginta quinque tantum dies à morte Antichristi, vsque ad diem iudicij debe-
rent excurrere, sane possent eius temporis homines eum diem certò designare.*

Vtrum post mortem Antichristi, omnes Iudæi sint ad
fidem conuertendi.

SECTIO XVI.

Supponimus in hac questione Iudæos vsque ad finem mundi illud cæcitas
velamen, (de quo loquitur Paulus 2. ad Corin. 3.) super cor suum, & ante
mentis oculos habituros: id quod præterquam quod ex superioribus manifestū
est, ostendimus enim ex Christi prædicatione, veterumque Patrum testimoniis,
eos Antichristum, vt Messiam, ac Principem recepturos,) conceptis etiam

*A morte An-
tichristi vs-
que ad diem
iudicij 45.
dies excur-
rent.*

*II.
Lyranus.
Computari
ne debeant
dies illi pro
anno.
Ezech. 4. 6.
Matt. 24. 45.
Dies iudicij
etiam post
mortem in-
cognitus.
1. Thess. 5. 2.*

1. Cor. 3.

I. Theff. 2. 14.

verbis docet Paulus ad Theff. 2. 14. inquit, imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quae sunt in Iudaea in Christo Iesu, quia eadem passissetis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudaeis, qui & Dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persequuntur. Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos Gentibus loqui, ut scilicet fiant, ut impleant peccata sua semper, peruenit enim ira Dei super eos usque in finem. Graece est *ἡμεῖς ὡς αὐτοὺς ἠὲ ἄπο τοῦ ἡὸς ἕως τοῦ ἄλλοῦ*. Plerique codices veluti legitur, praenuntio quo etiam modo legit D. Ambr. ut sit sensus, praenuntio, hoc est, occipiant eos ira Dei. Verum Graeca sententia est, Peruenit in illos ira, siue ultio Diuina usque in finem, videlicet mundi, ut interpretatur D. Thom. Cuius loci duplex est expositio, una de ira Dei, quoad captiuitatem, quae duratura est usque ad finem mundi, altera de derelictione Diuina, & ex citate mentis, quae usque ad finem mundi perdurare debeat. Atque haec posterior expositio magis ex textu colligitur, magisque est instituto Pauli consentanea.

Iudaeorum etiam per Iacobum, ut mundum neminem, D. Ambr. D. Thom.

II.

in felici Antichristi exitu, tandem deponere debeat in pleuam messia cogitatione, & Christum ut verum Messiam, Deumque agnoscere. Et quidem multa loca Scripturae videntur affirmare omnes esse conuertendos, veluti Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. Quem locum expendens D. August. 1. 20. de Ciuit. Dei c. 19. Per hunc Heliam, inquit, magnum, mirabilemque prophetam exposita sibi lege vltimo tempore ante iudicium, Iudaeos in Christum verum, id est in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium. Cum venerit ergo, conuertet corda patrum ad filios, & est sensus, ut etiam filij sic intelligant legem, quem admodum patres eam intellexerunt, id est propheta, in quibus erat, & ipse Moses. Haec ille. Eodem modo cum locum intellexit D. Greg. 1. 11. Moral. c. 10. Vbi cernis iuxta Malachiam vaticinium fore, ut Iudaei non post, sed ante mortem Antichristi, fidem Christi recipiant: siquidem conuertendi sunt ad praedicationem Helie, qui ab ipso Antichristo perimendus est, uti diximus c. 11. Id quod luculentius adhuc habemus expressum Ecel. 48. vbi ad Heliam ita sermo dirigitur: Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum, qui inscriptus es in iudicij temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere eribus Iacob. Idemque significauit Christus Dominus Matth. 17. Helias quidem venturus est, & restituet omnia: nam de Iudaeis per Heliae praedicationem in fine mundi conuertendis, eum locum accepit D. Greg. hom. 12. super Ezech. & D. Chrylost. hom. 58. in Matth. Quanam, inquit, omnia: quacumque Malachias propheta dicebat, mittam vobis Heliam Testem, qui restituet cor patris ad filium. Causam quoque cur venturus sit docuit, nimirum ut Iudaei credere in Christum persuadeat, ne omnes illo adueniente peritus perdantur, quam rem ipse in memoriam reducens, ait, Restituet omnia, incredulitatem videlicet Iudaeorum, qui tunc erunt residui, ad fidem conuertet. Haec Chrylostomus. Illud Esai. 10. quod citat Paulus ad Rom. 9. Esaias autem clamabat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliqua salua sient, ad finem mundi no pertinet, tantumque significat, ut exponit D. Hieron. paucos Iudaeos in Christum, cum venisset credituros, & saluandos, sic comparatur cum innumerabili multitudine eorum, qui tunc non erant recepturi, id enim reliquiarum nomine comprehenditur.

Malach. 4. Omnes Iudaeos conuertendos ad Christum post Antichristi merit affirmant vultu Scripturae. D. August. D. Gregor.

Ecel. 48. 9.

Matth. 17. 11.

D. Greg. D. Chrylost.

Rom. 9. 27.

D. Hieron.

III.

hoc, quia cecit ex parte contrarie in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet, sicut scriptum est: Veniet et sion, qui eripiat, & auertat impietatem a Iacob

Rom. 11. 25. Esai. 59.

à Jacob. In quem locum D. Thomas obseruauit particulam illam, *Donec*, posse designare causam excaecationis Iudaeorum, vt propter ea nimirum Deus permiserit eos excaecari, vt plenitudo gentium intraret: posse etiam designare terminum, vt significetur vsque eo duraturam caecitatem Iudaeorum, donec plenitudo gentium ad fidem intraret, & huic posteriori sensui concinere, quod infra subiungitur de futuro remedio Iudaeorum, cui dicitur: *Et tunc* (scilicet cum plenitudo gentium intrauerit) *omnis Israel saluus fiet. Non particulariter*, inquit D. Thomas *sicut modo, sed vniuersaliter omnes*. Quam D. Thomae sententiam multo ante D. Chryl. asseruerat hom. 19. in epistola ad Rom. super illa verba cap. 11. *Quod si delictum illorum diuitia sunt mundi, & diminutio eorum diuitia Gentium, quanto magis plenitudo eorum non dixit*, inquit Chrysol. *quanto magis conuersio, vel correctio eorum, sed quanto magis plenitudo eorum: hoc est, quanto vniuersa ad fidem accessuri sunt.*

D. Thom.
Iudeorum
caecitas cur à
Deo permis-

D. Chryl.
Rom. 11. 11.

III.
Dicendum igitur arbitramur per Enoch, & Heliae predicationem ante mortē Antichristi multos ex Iudaeis conuertendos: idque & à Malachia, & Eccl. 48. & à Christo Dominico praenuntiatum vt patet ex citatis testimoniis, & disertis verbis docet D. Greg. hom. 12. in Ezech. Enoch, inquit, & Helia predicante multi ex ijs, qui tunc ex Iudaeis in infidelitate remanserunt, ad cognitionem veritatis redeunt, sicut de eodem Helia dicitur. *Helias veniet, & restituet omnia.* Theodoretus in duodecimum capitulum Danielis, existimauit Iudaeos conuertendos predicatione Heliae post mortē Antichristi, in quo deceptus est auctor grauiissimus: Etenim Enoch, & Helias occidendi sunt ab Antichristo, & post triduum à mortuis excitandi, statimque ascensuri in caelum, quemadmodum docuit Ioannes cap. 11. & nos iam cum illo diximus sect. 13. Quare post mortē Antichristi non predicabit Helias: atque adeo plane dicendum, qui ex Iudaeis conuertendi sunt predicatione Heliae, conuertendos esse ante mortem Antichristi. Deinde addimus, post mortem Antichristi depositandam alteri Messie cogitatione, omnes Iudaeos, aut fere omnes fidem Christi amplecturos, idque à Paulo significatum nomine plenitudinis, & cum dixit, *omnis Israel saluus fiet.* Quae sententia est D. Chrysol. D. Thom. locis citatis. Benedictus Pererius lib. 15. in Dan. crederet non omnes esse conuertendos, sed quam plurimos, & in eum sensum interpretatur Apostolum. Mouetur illis verbis Dan. 12. *Veniet tempus, in quale non fuit ab eo, & quo gentes esse caperunt, & quo ad tempus illud, & tempore illa saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.* Existimatque praedicta ab Angelo non omnem populum Hebraeorum conuertendum, sed eum tantum, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Itaque restringi vocero, *omnis*, per verba sequentia: nam si omnes omnino conuertendi essent, satis fuisset dicere, *saluabitur populus tuus omnis, nec* quiquam vltimus addi oporteret: quae coniectura quamuis probabilis sit, non tamen compellit nos à D. Chrysol. ad D. Tho. sententiam discedere, eo vel maxime, quod Paulus per vniuersum Israel abique illa restrictione conuertendos esse ait restatur, vt omnes, vel fere omnes Iudaeos eius temporis conuertendos esse, iuxta Pauli sententiam, existimare oporteat. Nec vero Angelus apud Danielem restringit dictionē, *omnis*, comparatione Iudaeorum, qui tempore Antichristi extiterint, sed comparatione Iudaeorum in vniuersum, hoc sensu, saluabitur populus tuus omnis, non omnia absolute, sed ille inquam, omnis populus, quom Deus ex aeternitate scriptum habet in libro vitae. Id vero minime impedit, quod mirus omnes aut fere omnes illius temporis Hebraei, qui post mortem Antichristi superstiti erunt, scripti sunt in libro vitae, atque ad salutem consequantur: quod si illi, qui ab Antichristo occisus sunt, non sunt in libro vitae, non est in libro vitae scriptum, quod omnes Iudaeos eius temporis conuertendos esse, sed quod omnes Iudaeos eius temporis conuertendos esse, qui in libro vitae scripti sunt.

Ante mortē
Antichristi
multi conuer-
tendi ex Iu-
daeis
D. Gregor.
Matt. 17. 11.
Theodoretus.

aut fere om-
nes post anti-
christi mortē
amplecten-
tur Christi fi-
dem
D. Chrysol.
D. Thomae
Bened. Perer.
Dan. 12. 1.

da restatur
restrictione
conuertendos
esse ait restatur
vt omnes, vel
fere omnes Iu-
daeos eius tem-
poris conuertendos
esse, iuxta Pauli
sententiam, exi-
stimare oporteat.

Quibus nam ex signis diiudicari possit à fidelibus Antichristum aduenisse.

SECTIO XVII.

ILLud postremò disquirendum superest, num ex Sacris literis signa aliqua colligantur, ex quibus aduentus Antichristi certò designari possit, an verò eo non solum viuente, sed etiam regnante dubitari adhuc possit num aduenerit. Cui quaestioni respondemus pleraque esse signa notissima, quae Antichristu cum aduenerit, certò fidelibus demonstrant.

I. Primum signum ducitur ex Romani imperij in decem reges diuisione, de qua diximus sect. 10. vbi ex Daniele, & Ioane manifestè ostendimus tempore illo proximè Antichristi aduentum praecedere, fore Romanum imperium à decem regibus obtinendum. Hoc signum traditur à Paulo 2. Thess. 2. Rogamus vos, ut non cito moueamini à vestra sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonè, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi in dies Domini: ne quis vos seducat illo modo, quonia nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis. Et pauld inferrius, Num retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, haec dicebam vobis, & nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Nunc mysterium operatur iniquitatis: tantum ut quis tenet nunc, & neat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus. Quo loco per discessionem Apost. Romani imperij diuisionem, & euersionem intelligit. Itaque cum ait, Quid detineat scitis, significat detineri adhuc aduentum Antichristi, eo quod perduret imperium Romanum. Ita hunc locum intellexerunt D. Chryl. Theophyl. Oecumen. Ambros. in comment. Cyril. Hierosol. catechesi. 13. D. Hier. in epistola ad Algastiam q. 11. D. August. lib. 20. de Ciuitate Dei c. 29. Idem quoque affirmat Lactantius lib. 7. Diuinarum institut. c. 15. & Tertull. in Apologetico c. 32. vbi ait, fideles orare pro diuturnitate Romani imperij, eo quod intelligant Romano Imperio euerso imminere orbi extremam sub Antichristo calamitatem.

Romani imperij euersio, certò designat Antichristi aduentum.

2. Thess. 2. 1.

D. Chryl. Theophyl. Oecumen. Ambros. Cyril. Hier. D. Hieron. D. August. Lactant. Tertul.

Verum dicit aliquis, Romanum imperium iam diu omnino extinctum, & euersum esse, nec tamen Antichristum aduenire: quare non habere huiusmodi signum inter signa Antichristi aduentum proximè praecurrentia numerari. Dominicus Sot. 4. lentent. dist. 46. q. 1. art. 1. existimat per discessionem, de qua loquitur Paulus, accipiendam esse duplicem discessionem: vnam ab imperio ciuili, & temporali: alteram à potestate spiritali, & Ecclesiastica, quae Romana Pontifex obtinet, prioremque discessionem iam extare, quia nimirum temporale Romanæ urbis imperium iam cessauit: posterioress adhuc expectari, per defectionem videlicet totius orbis à Sede Romana: in cuius Sedis potestatem fuit temporale illud imperium commutatum, ut auctor est Leo Papa form. de Apostolis. Itaque utramque discessionem necessarium esse, ut Antichristus adueniat. Sed non est, cur ad hanc discessionem recurramus: etenim Romanum imperium adhuc perdurat in Germania, nomenque atque successio imperatorum Romanorum: nam cum defecit in occidente Romanum imperium, permansit in Oriente: & iterum, quonia imperium euertendum erat à Turcis, non sine Diuina providentia erectum est imperium in Occidente per Carolum magnum regem Franciae, qui à Leone tertio fuit Romanus electus, & declaratus Romanus imperator, cui deinde vsque ad hodiernum diem successerunt imperatores in Germania, Enim verò ad utrumque imperium Orientale nimirum, & Occidentale adumbrandum, statua illa Nabuchodonosori ostensa Daniel. 2. in typum Romani imperij, quod Orientem, & Occidentem sua amplitudine

II. Insuper obiecto.

Domi. Sot.

D. Leo. Delatur obiecto.

Imperium Roman per durat adhuc.

Daniel.

VIE
Apoc
17
23

plitudine coercuit, duabus tibiis nitebatur: ad idēque significandum in orbis descriptionibus, magna Aquila cum duplici capite depingitur, quæ insigne est imperij Romani, ut orbem uniuersum, bipartito Romani imperio Orientali videlicet, & Occidentali, subiectū intelligamus. Nec vero, quicquā obest, quod hodie Roma imperatori Romano non pareat, id enim ad imperium Romanū minime pertinet, siquidem Arcadius, & Theodosius iunior, & reliqui vsque ad Iustinianum imperatores Romano fuerunt, nec tamen Romanæ vrbis imperarunt.

Secundum signum ponitur à quibusdā, defectio vrbis Romæ à Romano Pontifice, quam defectiōnem ad totum orbē extendit Dominicus à Soto loco paulò ante citato. Quæ de re quid nos sentiamus dicemus ad cap. 17. Tertiū signum est Euāgelij toto orbē prædicatio: debere enim hoc aduentum Antichristi præcedere per scriptum est ex Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euāgelium regni in uniuerso orbē in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.* Ita etiam docent D. Hilarius canone 25. in Matth. Cyrillus Hierosol. catechesi 15. Theod. super 2. ad Thessal. 2. & Patres communiter. Hoc signum nondum esse cōpletum, patet ex eo, quod multæ etiā nunc existunt gentes, nationesque amplissimæ, quibus adhuc Euāgelica tuba non insonuit. Nam quod Apostolus ait ad Rom. 10. *Nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.* Et ad Coloss. 1. *Propter spem, quam audistis in verbo veritatis Euāgelij, quod peruenit ad vos, sicut & in uniuerso mundo est, & fructificat & crescit.* Et iterum: *Quod prædicatum est in uniuersa creatura quæ sub celo est, proculdubio non accipiendum est de toto orbē simpliciter, sed figuratè, accepta parte pro toto: quemadmodum & Luca 2. cum dicitur: Exijt edictum à Casare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Quod autem Christus dixit priusquam veniat Antichristus, Euāgelium toto orbē esse prædicandum, simpliciter, & absolutè intelligendum est, ut omnibus orbis prouinciis, & gentibus, Euāgelium denuntietur, quemadmodum conceptis verbis docet August. epist. 80. ad Hefychium, vbi locum illum Pauli citatum, acceptum à regio Vate. *In omnem terram exiit sonus eorum.* Alia quoque responsione interpretatur, ut nimirum Paulus, quod futurum erat diceret, nō quod iā erat factum, atque cōpletum, more scripturæ, quæ propter vaticiniij firmitatem de futuris tanquā de præteritis loquitur, *Quæ uale est, inquit, illud Psalmi: Foderunt manus meas, & pedes meos, quod tam longe postea actum nouimus.* Id quod manifestum esse cōfirmat ex eo, quod huiusmodi vaticinium nondum suo tempore cōpletum esset. Est ergo D. Augustini sententia prius toto orbē simpliciter, hoc est omnibus gentibus, ac prouinciis, Euāgelium prædicandum, antequam Antichristus adueniat. Idēque sentit Hieron. in commēt. super Matth. 24. Accedit & ratio, quæ affert Sotus in 4. dist. 46. art. 1. Cum enim gentes reprobare debeant, quod fidem Christi non receperint, iuxta illud Marc. 16. *Qui uerò non crediderit condemnabitur, necesse plane est, ut illis Christi fides denuntietur, quod postea in rebelles iusta damnationis sententia ferri possit. Quam ratiōnem etiam innuit Christus illis verbis Matth. 24. *Prædicabitur hoc Euāgelium regni in uniuerso orbē in testimonium omnibus gentibus.* In quem locū D. Hieron. *Signum, inquit, Domini aduentus est, Euāgelium in toto orbē prædicari, ut nullus sit excusabilis.* Atq. hæc tria signa præcedere debēt Antichristi aduentū, quæ sequuntur ipso Antichristo iam regnante contingent.**

Quartum signum erit grauissima, & multique nouissima toto orbē Christianorum persecutio, ita ut omnia Christianæ religionis officia, caritatis, sacrificia, Sacramentorum ritus, Ecclesiæque sanctiones penitus aboleantur, quoad publicam celebritatem, in eo enim potissimū debet omnis Antichristi certare

Aquila cum duplici capite in orbis descriptionibus depicta, quid designat.

III. Euāgelij toto orbē prædicatio signum aduentus Antichristi. Matth. 24. 14. D. Hilarius, Cyril. Hier. Theodo. Multis adhuc gentibus Euāgelica tuba non insonuit. Rom. 10. 1. Coloss. 1. 5. 23. Luc. 2. 3.

D. August. Psal. 18. 5.

Psal. 21. 17.

D. Hieron. Sotus. Marc. 16. 16.

Matth. 24. 14. D. Hieron.

III. Publica toto orbē cessatio à diuinis, signū aduentus Antichristi.

industria, vt Christi, optimi, & maximi nomen, memoriã que extinguat, cuius persecutionis acerbitatem significauit Christus Matt. 24. *Erunt tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* Id quod magno cum animi sensu lamentatur Hippolytus Mart. orat. de consummat. mundi. *Templa, inquit, Diuina, domarum instar erunt, locis omnibus euerfiones sient Ecclesiarum, & scripture contemnitur, haustu illius canticum ubique decantabunt; nulla erit reuerentia rerum sacrarum: nulla religio temerare, ac violare diuina: lugerunt Ecclesia luctu magno, quia nec oblatio nec sufficiens pietas, nec cultus Deo gratus, sed Ecclesiarum ades sacra, tugurij instar erunt.* Quintum erit summa morum toto orbe licentia, nullae enim leges erunt ad pietatem, iustitiã que pertinentes, sed omnes, vt ait Hippolytus, pro suo viuent arbitratu. Illud vnum Antichristus præcipiet, vt seipiam omnes tanquam Principem, Deũque; agnoscant: reliquam omnem vitæ rationem integram cuique permittet: ex quo fiet, vt iura omnia, tum Diuina, tum humana, vbique violentur, atque adeo maxima omnium rerum publicarum confusio, & perturbatio, consequatur, vt fuse Hippolytus persequitur.

Sextum, erit character Antichristi, quem omnes eius sectatores in fronte, aut manu dextera impressum gestabunt, vt hoc ipso cap. diximus Exegeticoi. se. 7. Septimum erit numerus nominis Antichristi conficiens summam sexcentorum sexaginta sex, de quo multa, se. 1. Octauum erit Enoch, & Heliae prædicatio, de qua fuse disputauius ad cap. 11. Ex his manifestum relinquitur Antichristũ nondum venisse: nam quod Apostolus ait 2. ad Theosal. 2. *Mysterium iam operatur iniquitatis.* Et Ioannes epist. 1. cap. 4. *Omnia spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est:* non de Antichristo in persona, sed de Antichristo in suis præcursoribus, hoc est, Hæreticis, & tyrãnis accipiendum est. Etenim per *mysterium iniquitatis*, Neronis persecutionem intellexit D. Chrysof. & D. Ambr. Hæreticos autem Theodoret. & Sedul. in eum locum, & D. August. lib. 20. de Ciuit. Dei c. 19. Simul refelluntur multi, tum hæreticorum, tum catholicorum errores, Antichristum iam aduenisse affirmantiũ: contra quos copiose disputat Bellarm. 1. tom. controuers. lib. 3. disput. de Antichristo c. 3. Quantum autem temporis adhuc vsque ad eius aduentum super sit definiti non potest, cum incertum sit, quanto tempore mundus debeat perdurare. Nam quod quidam ajunt, mundum sex tantum annorum millibus duraturũ, incertum plane est, temerẽque affirmatur, quæ opinio fuit veterum Hebræorũ, imo & multorum Patrum, quos ad initium huius operis citauimus, cap. 1. super illa verba, *Qua oportet fieri cito.* Atque hæc de Antichristo dicta sufficiant.

2. Thess. 2. 7.
1. Ioan. 2. 3.
Antichristus dicitur iam venisse in suis præcursoribus.
D. Chryf.
D. Ambros.
Theod.
Sedulius.
D. August.
Bellarmus.
Illius aduentus nullus certus terminus definitur potest.

ARGV-